LYSIÆ

OPERA OMNIA.

TOMUS PRIMUS.

BIBLIOPOLÆ apud quos veneunt Parisiis,

FRANC. AMBR. DIDOT L'AINÉ, rue Pavée S. André.
GUILLELM. DE BURE, quai des Augustins.
ALEXAND. JOMBERT JEUNE, rue Dauphine.
THEOPHIL. BARROIS JEUNE, quai des Augustins.

Apud eosdem Bibliopolas, ejusdem scriptoris, veneunt:

Isocratis opera omnia, græcè & latinè, 3 vol. in-8°.

Œuvres completes d'Isocrate traduites en françois, 3 vol. in-8°.

Œuvres completes de Lysias, aussi traduites en françois, 1 vol. in-8°.

Discours de Lycurgue, d'Andocide, d'Isée, de Dinarque, avec un fragment sous le nom de Démade, traduits en françois, 1 vol. in-8°.

Discours sur l'éducation, 1 vol. in-12.

LYSIÆ

OPERA OMNIA

GRÆCÈ ET LATINÈ,

cum verſione nova, triplici indice, variantibus lectionibus, et notis,

EDIDIT ATHANASIUS AUGER,

Laſcurienſis diœceſ. vicarius gen. necnon regiæ Inſcript. Pariſ. et Rothomag. academ. socius.

TOMUS PRIMUS.

SUMPTIBUS EDITORIS EXCUDEBAT

PARISIIS

FRANC. AMBR. DIDOT L'AINÉ.

M. DCC. LXXXIII.

PRÆFATIO.

PRODIT de integro in lucem Lysias, orator ille tàm nitidus, tàm elegans, quem atticarum venerum normam esse & regulam meritò affirmaveris; sed qui tàm miserè depravatus, tàm multis in locis mutilus ad nos pervenit, ut vix possit legi. Ejus quidem textui emendando incubuerunt viri qui unquam fuerunt eruditissimi, Salmasius, Scaliger, Stephanus, Schotus, Marklandus, Taylorus, Reiskius, &c.; at ejusdem textûs editores, ità ipsum vel nullis illustrârunt notis, vel magnâ annotationum mole obruerunt, ut purissimus ille fons qui omnibus deberet patere, nonnullis duntaxat eruditis hactenùs patuerit. Illorum qui me antecesserunt ingenio adjutus & erratis admonitus, ejusdem Lysiæ editionem dilucidam magis & omnibus magis obviam, proferre studui.

Hîc eodem ordine præfabor quo ad Isocratem præfatus sum. Nempè de ipso Lysia & ejus stylo supersedebo loqui, quum & ipse & ejus stylus per Dionysium Halicarnassæum, Plutarchum, Photium & Suidam, quorum scripta de Lysia ad finem posterioris voluminis rejecimus, satis innotescant: verùm de ejus scriptis quàm brevissimè potero disseram; quot scilicet ad nos pervenerint, quot interierint, quo diverso tempore & à quibus

fuerint edita, quis denique meus in iisdem de integro edendis labor fuerit.

Si Plutarcho fides, aut potiùs Lysiacæ vitæ scriptori quæ Plutarchi nomine editur, ipsius ætate, Lysiæ orationes ferebantur CCCCXXV, ex quibus genuinas esse affirmabant Dionysius & Cæcilius CCXXX. Eadem fermè dicit Photius, nisi quòd affirmat genuinas Lysiæ orationes à criticis agnosci CCXXII. Ceterùm Dionysius in suo de Lysia judicio, Lysiæ orationes plus quàm ducentas agnoscit, non notando ducentarum numerum quantùm illæ excedant. Ex his ducentis orationibus & ampliùs, nobis nunc supersunt XXXIV tantummodò, quarum de nonnullis, quas in unaquaque analysi notavimus, dubitat Harpocratio utrùm sint genuinæ. Ex cujus Harpocrationis lexico omnes prorsùs locos, in decursu editionis memoravimus, in quibus ille aliquam Lysiæ facit mentionem. Juxtà Photium pleræque illius orationes perierunt operâ Pauli cujusdam è Mysiâ, quem Suidas vocat Paulum Germinum sophistam. Qui quidem, dùm criticâ armatus severiori, ut rebatur, ut alii putant, audaciori, permultas rejecit orationes ut non verè Lysiacas, fecit ut eæ neglectæ prorsùs interierint. Quæ de scriptis Lysiæ reperimus, hæc sunt; exponamus paucis quo tempore & à quibus fuerint edita.

Lysias editus est græcè primùm ab Aldo, cum aliis quibusdam oratoribus atticis, Venetiis, 1513, in-fol. Opinatur Taylorus Aldum suam editionem expressisse ex pluribus manuscriptis codicibus inter se collatis quos habet bibliotheca Florentiana. Quidquid sit, Aldus videtur codicum quos in manibus habebat omnia menda exscripsisse religiosiùs. In quo virum de litteris græcis optimè meritum, laudo maximè, nedùm vituperem. Nam, ut mihi videtur, primi veterum editores, non possunt esse nimis religiosi, ut codices manuscriptos, sicuti se habent, æternos, ut ità dicam, & perpetuos, signorum typographicorum ope, per totum passìm terrarum orbem dispergant. Sed dùm codicum manuscriptorum quos exscripsit excudendos, perpetuitati rectè consuluit, non sanè fecit ut intelligeretur Lysias, quem reliquit mendis plurimis passìm deformatum.

Idem dicendum de Henrico Stephano qui anno 1575 eosdem oratores græcè edidit luculentissimè impressos, Parisiis, in-folio, cum latinâ versione nonnullarum orationum. Ille se codicum veterum, quos nullibi nominat, auxilio adjutum fuisse testatur, ut non solùm locos emendaret plurimos, sed aliquot etiam lacunas expleret. Sed quantumvis fecerit Stephanus, vir, dùm litteræ græcæ

vigebunt, multiplici nomine commendandus; quantumvis, inquam, fecerit ut Lysias aliique oratores elucidarentur, tot adhuc tenebris obsiti mendisque depravati manent, ut paucæ admodùm horum orationes uno tenore legi queant.

Anno 1715 Jodocus Vander-Heidius Brabantus, Lysiam solum, latinè à se redditum, cum argumentis in quibus politicæ insunt annotationes, Hanoviæ edidit, typis Wechelianis in-8°. Græca recensuit, notasque eâ de re cum notis Stephani ad calcem libri adjecit, cujus hortatu atque autoritate suscepta erat hæc editio, Andreas Schotus Antuerpiensis. Laudandi sanè Vander-Heidii conatus; verùm nec ipsius latina versio, non contemnenda tamen, nec Stephani & Schoti notæ rejectæ ad calcem, tenebras quibus involutæ sunt Lysiæ orationes discusserunt.

Eumdem librum anno 1683 edendum curavit Marburgi Cattorum in-8°. Joannes Burchardus. Hæc editio, iis exceptis quæ de Lysia scripserunt Dionysius, Plutarchus & alii, exceptis etiam Stephani & Schoti notis, ità eadem est ac prior, ut singulæ hujus paginæ singulis illius paginis ex æquo respondeant.

Prodiit tandem Londini anno 1739 in-4°. Joannis Taylori curâ, magno præfationum, annotationum, lectionum, conjecturarum, fragmentorum,

indicum, ceteroque critico apparatu, latinâ novâ interpretatione donatus ac multo typorum ſplendore & nitore illuſtratus, Lyſias. Hæc editio, ut liberè loquar & ſincerè, non mihi viſa fuit dare quod pollicetur, Lyſiamque opinor tantis critices apparatibus impeditum eſſe magis quàm enucleatum, licet ex his ad ejuſdem Lyſiæ textum emendandum magna auxilia ſumpſerim.

Anno proximè ſequenti, id eſt, 1640, idem Lyſias, eodem curante Tayloro, minori mole & apparatu, prodiit in-8°. Cantabrigiæ, typis academicis, cum eâdem latinâ interpretatione, cum notis brevibus rejectis ad libri calcem, & indice attico. In hâc novâ editione Taylorianâ Lyſias mihi videtur eſſe expeditior, at non dilucidior.

In ſuis oratorum græcorum editionibus Lyſiam non omiſit Joannes Jacobus Reiskius, qui ejus oratoris novam editionem protulit Lypſiæ excuſam, anno 1772 in-8°. Doctiſſimi illius viri lucubrationes ſatis commendari non queunt, & unus mihi videtur magis quàm ceteri omnes ſimul qui ipſum anteceſſerunt, ad Lyſiam elucidandum contuliſſe, ſive dùm locos plurimos feliciter emendat, ſive dùm lacunas explet ſagaciter, ſive dùm multa ſolerter interpretatur. Attamen ipſius Lyſias non facilis lectu eſt, tùm quia longiores Taylori, Marklandi & aliorum annotationes, quas

ipſe culpat haud immeritò, religioſiùs exſcribendas & textui ſubſternendas eſſe cenſuit, tùm quia feliciſſimas ipſius & ceterorum emendationes à textu ſejunxit, tùm quia (pace tanti viri dixerim) non ſatis acuto judicio emendationes multas in textum immiſit quæ non æquè felices ſunt. Non is ſum qui de illo viro detraham cui tantoperè debent græcæ litteræ, quique mihi, dùm vivebat, honorifica dedit benevolentiæ & bonæ opinionis teſtimonia; at fatebor illum editiones ſuas effinxiſſe nimis properanter. Voluiſſem Reiskium non exſcripſiſſe omnes & totas ceterorum annotationes, quod pronum fuit; ſed quod & operoſius erat & utilius, in illis ea ſelegiſſe quæ textui elucidando maximè inſerviebant, atque hæc extuliſſe verbis quàm pauciſſimis: voluiſſem illum, diligenter expenſis & ſuis & aliorum emendationibus, alias prorsùs omiſiſſe, alias in conjecturis reliquiſſe, alias in textum admiſiſſe, veteribus lectionibus ſemper infrà conſcriptis ne pereant.

Quod non fecit Reiskius, id ego facere conatus ſum, adjutus ipſius ingenio, & ceterorum qui in emendando Lyſia diligentiſſimè elaboraverunt. Indefeſſo ſtudio contendi ut textum plurimis in locis miſerè lacerum, ubique, quantùm licebat, reſarcirem, ut partìm ea explendo quæ deſunt, partìm ea ejiciendo quæ intruſa ſunt,

partìm voces aliquot, phrafes integras, & phrafium membra, vel addendo, vel mutando, vel tranfponendo, vel aliter diftinguendo, omnia inter fe benè conftarent, & nitidiffimus qui unquam fuit orator, fuo nitore illuftratus in lucem prodiret, nec jam pervius effet tantummodò viris eruditiffimis, iisque qui fat temporis & patientiæ habent ad expurgandas fordes quas in nitidos aliquorum præfertìm ex antiquis fcriptoribus hortos invexit temporum iniquitas. Omnes igitur textûs emendationes, vel quas alii multo ingenio multâque induftriâ repererunt, vel quas ipfe contento & repetito labore elicui, non dubitavi in textum recipere, quum mihi evidentes, vel faltem maximè probabiles viderentur. Nam doctiorum virorum exemplo & autoritate motus, quidquid contradicant viri malè religiofi, qui mendis ex amanuenfium (1) vel incuriâ, vel ignorantiâ, vel perfidiâ, vel temeritate enatis, tanquam facris parcentes, vetuftos fcriptores his mendis inquinatos relinqui malunt quàm peritâ fanæ critices manu caftigari; ego, inquam, arbitror poffe aliquem veterum editorem ægros textus fuis conjecturis fanare, modò id folerti prudentiâ faciat, modò

(1) Dicebantur amanuenfes, librarii, vel calligraphi, ii quos vocamus gallicè, COPISTES.

textum non relinquat nisi postquam, re diutiùs perpensâ, certò scierit illum vel nullum omninò sensum, vel sensum absurdum exhibere, modò relicto textu quum ità postulat necessitas, ab eo quàm minimè discedat, & in ipsis verbis adulteratis veræ lectionis vestigia laboret invenire. Hîc peto à lectoribus ut legant observationes criticas quæ hanc præfationem proximè sequuntur, in quibus quæstionem de scriptis veterum ab editore emendandis, quæstionem sanè maximi momenti, elucidavimus quantùm in nobis fuit.

De brevioribus notis quas textui subjecimus, de analysi quam unicuique orationi præmisimus, ac de aliis quæ editioni Lysiacæ cum Isocrateâ communia sunt, hîc silebo quoniam illîc satis fuere explicata. Hîc, ut illîc, querar de necessitate græcum sermonem in latinum vertendi ut græca intelligantur, ac omnes istæ latinæ versiones nostram græcæ linguæ ignorantiam magnâ voce mihi semper videbuntur testari. Cur, quæso, per latina potiùs ad græca aditus datur quàm per græca ad latina? num difficilius est græca penitùs edisci quàm latina? quidni, ut jam dixi aliàs, ac iterùm iterúmque dicam, quidni græcis simul & latinis pari diligentiâ imbuuntur adolescentum mentes, ut ex illo gemino fonte pari studio & facilitate petant undè sermo ipsorum vernaculus ornatior

evadat & locupletior? Quidquid ſit, latinum etiam dedi Lyſiam, quoniam id ab editore poſtulat noſtra græci ſermonis imperitia. Ex latinâ quam dedit Taylorus interpretatione ut multa exſcripſi, ità multa etiam mutavi quæ vel ad veritatem ſenſûs vel ad majorem latinæ linguæ nitorem aliquid facere mihi viſa ſunt.

Pauci admodùm ſuppetunt Lyſiæ codices manuſcripti, i que iiſdem ferè mendis inquinati, & lacunis hiulci: undè puriſſimus ille orator ità manſit depravatus, quod jam dixi, ut vix legi queat. Hos quos habent bibliothecæ Pariſinæ, Regia & Sangermanenſis, mihi abundè conſulere licuit per comitatem eorum qui iſtas bibliothecas cuſtodiunt. Horum codicum, & aliorum quos laudo in hâc editione, mox dabo recenſionem, ex quâ ſinguli innoteſcant. Vel nullas vel ſaltem paucas lectiones variantes exſcribere ſtatueram; attamen ſatis multas exſcripſi; tùm ob alias cauſas quas in capite earum lectionum paucis exponam, tùm quòd Aldi quamdam editionem, notis marginalibus ab Ant. Contio (1) locupletatam, quum jam

(1) Antonius Contius, natus Novioduni, doctiſſimus juriſconſultus, ſcientiam juris cum maximo applauſu docuit primum Aureliæ, deindè Bituricæ ubi mortuus eſt anno 1586. Ipſum fuiſſe græcarum litterarum peritiſſimum

fermè ad finem Lysiæ à me excudendi perventum esset, mihi perhumanè in manus tradidit Illust. DD. de Cissé, Episcopus Antissiodorensis, qui bonarum litterarum sincerus amator & cultor sedulus, hâc præclarâ à præclaris negotiis quiete frui gaudet.

Ideò rejeci post Lysiæ orationes, diversas ejusdem vitas à diversis autoribus conscriptas, & varia de eodem scriptorum tùm græcorum, tùm latinorum testimonia, quia, ut nonnullis editoribus placuit, nolui sejungere à Lysiæ vitâ quam conscripsit Dionysius Halicarnassæus, partes quasdam orationum quas nobis ille servavit; quæ partes naturali ordine ceteras Lysiæ orationes sequi debeant. Quod ad fragmenta pertinet quæ de Lysia libellum à Dionysio conscriptum sequuntur, ea tantùm edenda in lucem existimavi quæ sensum aliquem continuum exhiberent. Eum porrò ordinem orationum admisi quem secutus est Stephanus, qui in eo duntaxat differt ab Aldo, quòd

---

mihi patuit evidenter ex ipsis annotationibus, lectionibus variis, & felicissimis interdùm textûs emendationibus, quas ad Aldi margines conscripsit. Jam ex nonnullis ipsius notis quæ ad unum typographum pertinent, videtur vir eruditus novam eorum oratorum quos Aldus edidit editionem paravisse.

oratio funebris quam Aldus dedit ſecundam, à Stephano edita fuerit ultima.

Denique abſolutio typographica eadem eſt ac in editione Iſocratis, nihilque à Franciſco Ambroſio Didot, & ejus filio natu majore, omiſſum eſt ut hæc editio Lyſiæ cùm in-8°. tùm præſertìm in-4°., novum proferret teſtimonium ſuæ in perficiendâ arte typographicâ induſtriæ.

Recenſio codicum & manuſcriptorum & impreſſorum qui laudantur in hâc editione, & notæ quibus aliqui deſignati ſunt.

Vulg. Vulgata, editio Henrici Stephani 1575, quæ habet ad marginem lectiones varias aliquot, quas Stephanus vel ex ſuo dedit, vel ex codicibus manuſcriptis quos non ille nominat.

Ald. vel Aldus, editio Aldi 1513. Multas hîc ex Aldo, ut in editione Iſocrateâ, variantes lectiones exſcripſi, quas vel inter notas, in decurſu orationum, vel inter variantes, ad calcem poſterioris voluminis, retuli.

Codices regii Pariſini.

A. 3033. Codex chartaceus, quo inter alia continetur Lyſiæ pro cæde Eratoſthenis apologia. Is codex manu Joannis Maludani exaratus eſt.

B. 2939 A. Codex chartaceus, ſæculo XIV exaratus; quo continentur: 1°. Lyſiæ apologia pro cæde Eratoſthenis; 2°. oratio in Simonem; 3°. oratio de vulnere ex induſtriâ illato; 4°. oratio apologetica de ſacræ olivæ trunco;

5°. accusatio ad familiares obtrectatores; 6°. oratio pro milite; 7°. orationes duæ adversùs Theomnestum; 8°. oratio adversùs Eratosthenem, è triginta tyrannis unum; 9°. oratio contrà Agorati delationem & judicium; 10°. orationes duæ adversùs Alcibiadem; 11°. oratio adversùs Pancleonem; 12°. oratio ad delationem, quòd, quum aliquis impotens non esset, à republicâ pecuniam acciperet; 13°. oratio pro Mantitheo; 14°. oratio de pecuniis publicatis.

C. 2944. Codex chartaceus, sæculo XV exaratus, quo inter alia continentur, 1°. oratio adversùs Philonem; 2°. Lysiæ vita à Plutarcho, ut quidam contendunt, ut alii, à Dionysio Halicarnassæo conscripta. Nam ità se habet in codice titulus græcus; Λυσίου βίος τοῦ Πλουτάρχου· ἕτεροι δὲ ἀντιλέγουσιν ὅτι ἐγράφη τοῦ Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως. Malè sanè, siquidem constat hoc opus esse non Plutarchi, sed Dionysii.

D. 2989. Codex chartaceus, sæculo XVII exaratus, qui partem politicæ orationis Lysiæ continet, usque ad voces συμμάχοις ἔστεθε.

E. 3017. Codex partìm bombycinus, partìm chartaceus, cujus pars prior sæculo XIII, pars altera sæculo XIV exarata est; qui inter alia habet funebrem Lysiæ orationem.

F. 2489. Codex chartaceus sæculi XVI, quo inter alia continetur funebris Lysiæ oratio.

G. 2992. Codex chartaceus, recèns quidem, sed satis eleganter exaratus: exeunte sæculo XV, vel ineunte XVI scriptus videtur. Continet inter alia plura funebrem Lysiæ orationem. Quum mihi non suppeteret hic codex dùm Lysias meus excuderetur, hujus tantùm mentionem feci in variantibus.

H. 1657. Cod. chartaceus sæculi XVI, qui inter alia habet Dionysii Halicarnassæi de antiquis oratoribus judicium

cium, ac ſpeciatìm de Lyſia. Hujus etiam codicis, ſicut & illius qui ſequitur, ob rationem modò allatam, mentionem duntaxat feci in variantibus.

I. 1742. Cod. chartaceus ſæculi XVI, inter alia continens Dionyſii Halicarnaſſæi de priſcis rhetoribus librum, cujus pars deſideratur; deſinit enim in Iſæo. Hîc legitur judicium de Lyſia.

Cod. reg. 1. 2131. cod. chartaceus ſæculi XVI, quo inter alia continetur de Lyſia oratore judicium, cum hoc titulo, pravo ſcilicet, Λυσίου βίος παρὰ Πλουτάρχου, ἕτεροι δὲ ἀντιλέγουσιν ὅτι ἐγράφη παρὰ Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως.

Cod. reg. 2, idem ac cod. C, vel 2944, de quo ſuprà.

Hos duo codices laudavi ex Reiskio, qui eoſdem laudat ex Tayloro, nec mihi eos adire licuit quum funebris Lyſiæ oratio à me daretur excudenda. Eos vidi ubi primùm licuit, & hîc nonnulla conſcribam quæ ſunt vel à Tayloro malè lecta aut omiſſa, vel à me non benè exſcripta.

P. 234, l. 2 & 3, cod. reg. 1. συνεπεδεύθη, cod. reg. 2. συμπεπιδεύθη.

P. 336, l. 4, cod. reg. 2. ὑπερβάλλεῖο.

P. 338, l. 9, uterque cod. & τὸ ξένον.

P. 386, l. 5 & 6, uterque cod. ἅπερ ἐμοὶ καταλειφθέντα ἐκείνου τελευτήσαντος ἐγὼ σοὶ ἔδωκα. Καὶ ἐκβάλλειν τοὺς ἠξιώκας.

P. 390, l. 9, uterque cod. ἐλεῖν pro ἐλθεῖν.

P. 402, l. 3, uterque cod. habet πλούτῳ, ſed non habet δέ.

Cod. Sang. 1. codex membranaceus 342, olìm Seguerianus, poſtea Coiſlianus, hodiè verò Sangermanenſis, ſæculo XV exaratus, continet, cum aliis nonnullis, omnes quæ ſuperſunt Lyſiæ orationes, eis exceptis quas ſervavit Dionyſius Halicarnaſſæus in ſuo de Lyſia judicio.

Cod. Sang. 2. Codex membranaceus, 249, nunc Sangermanensis, quem opinatur Taylorus sæculo X exaratum fuisse: is habet, præter Æschinis orationes & epistolas & alia nonnulla, funebrem Lysiæ orationem.

Cod. Vindob. Codex Vindobonensis, i. e. quem habet Vindobonensis bibliotheca. Hunc ego non ipse consului, sed hoc usus sum ex Reiskii autoritate. Qui quidem eum consultum ab uno ex amicis suis, à quo variantes omnes lectiones religiosiùs exscriptæ sunt, flagitiosissimè exaratum, & mendis plurimis inquinatum esse affirmat. Ex isto tamen cum eodem Reiskio satis multas accepi lectiones vel in textum admittendas, vel inter variantes collocandas.

Cod. Brulart. Codex Brulartianus, nihil aliud est quàm ipsa Stephani editio, quæ in bibliothecâ regiâ Parisinâ asservatur n°. X, 1756. In hâc editione ad marginem nonnullarum Lysiæ orationum apparent lectiones aliquæ scriptæ græcè Brulartii (1) manu, quæ videntur esse alicujus pretii & momenti. Dubitat Reiskius utrùm schedæ Brulartianæ non sint eædem cum Groulartianis à Tayloro passìm laudatis.

Cod. Cantab. Codex Cantabrigiensis, i. e. editio Aldina, ad cujus marginem variantes funebris Lysiæ orationis lectiones diligenter adnotatæ sunt. Editione Taylori, qui hunc codicem laudat, accuratiùs inspectâ, animadverti duo esse Cantabrigiæ hujusmodi exemplaria, alterum in collegio divi Joannis, alterum in bibliothecâ Joannis Mori, quæ duo exemplaria debueram distinxisse, ut ipse distinxit Taylorus per CANT. simpliciter & per JOAN. CANTAB. Itaque

(1) Hic videtur fuisse Brulartius dictus DE SILLERY, Episcopus primùm Abrincensis, deindè Suessionensis, doctissimus vir, ex academiis tùm Francâ, tùm Inscriptionum & humaniorum litterarum; cujus supersunt opera aliquot impressa & manuscripta.

in hâc meâ editione per COD. CANTAB. velim lector intelligat unum ex duobus exemplaribus Cantabrigiæ asservatis quæ à Tayloro laudantur. Ceterùm idem Taylorus ait in altero exemplari, nempè in eo quem asservat J. Mori bibliotheca, lectiones varias etiam adscriptas esse ad vitam Lysiæ quam conscripsit Dionysius Halicarnassæus quas lectiones ex eodem accepi.

Cod. Baroc. Codex Baroccianus, consultus à Tayloro, quem servat bibliotheca Barocciana, eâdem, inquit ille, & ætate & fide exaratum ac cod. Sang. 2. Is codex continet funebrem Lysiæ orationem.

Cod. Aug. Codex Augustanus, funebrem Lysiæ orationem inter alia continens. Is codex, inquit Reiskius à quo laudatur, est ille quem Demosthenicorum appellare soleo quartum.

Sunt etiam nonnulli alii codices, vel manuscripti vel impressi, v. g. codex Helmstadiensis, codices Hudsoniani, (i. e. consulti ab Hudsonio) codex Petavii, codices quos Taylorus consuluit, Hermogenis scholiastes; qui omnes ferè pertinent ad vitas Lysiæ à Dionysio & à Plutarcho scriptas, quosque ex Taylori & Reiskii autoritate laudo, quum horum plerique ab iis qui eos consuluerunt nominatìm non designentur.

Parùm me, ut jam dixi, ad Lysiam emendandum juverunt omnes supradicti codices, quum iisdem ferè mendis inquinati, iisdem lacunis hiulci, ad nos pervenerint: majora multò sumpsi auxilia ex notis criticis quas Salmasius, Scaliger, Marklan-

dus, Schotus, Canterus, Palmerius, Taylorus, Reiskius, Contius, &c., vel in ſuis ipſi editionibus, vel ad marginem veterum editionum, vel in libris variantium lectionum, conſcripſerunt. Utinam tantorum virorum viribus conjunctis adjutus, eò tandem pervenerim ut Lyſias ille quem Tullius, orator meritò celeberrimus, & Dionyſius, peritiſſimus ſanè criticus, debitis encomiis proſecuti ſunt, à quovis litterarum græcarum ſtudioſo, facili negotio & uno tenore perlegatur!

De ſcriptis veterum ab editore emendandis obſervationes criticæ (1).

LICEATNE veterum ſcripta edenti, textus evidenter adulteratos ex propriis conjecturis emendare, juxtà quas leges hæc illi conficienda ſit emendatio, & quibus ipſum dotibus præditum eſſe deceat; id ego nunc perpendere aggredior. Velim equidem, ſi fas eſt, certis tandem definire terminis rem arduam & maximi momenti, de quâ etiam nunc doctiſſimi viri diſſentiunt; ejuſmodi rem quæ conſiderata diligenter & optimè dilucidata, non modò quid ſentiendum, ſed quid agendum ſit edoceat, præſcribatque juxtà quam methodum veterum ſcripta in lucem edenda ſint, ut majori cum fructu & voluptate perlegi queant.

Antequam res ipſas tractare ſuſcipiam, mihi videntur objecta quædam refellenda, verborum aliquæ ſignificationes indicandæ, ac proponendæ rerum nonnullæ diſtinctiones, quas ego arbitror maximè neceſſarias, quò, diſcuſſis omninò tenebris, veritas ità eluceſcat ut nemo vir ſanæ mentis ipſi poſſit contradicere.

Contendunt ſapientes quidam critici, lubricum eſſe & periculoſum, veterum editoribus clarè & expreſsè dare facultatem textuum reſtituendorum, & mutandarum receptarum lectionum, quamvis nulla codicis manuſcripti autoritas ſuppetat. Verendum eſt, inquiunt, ne illis ea concedatur libertas quâ abutentur ipſi indubitanter. Eſto, inquiunt iidem, exquirantur & proponantur optimæ emen-

(1) Has obſervationes gallicè ſcriptas, & gallico noſtro Lyſiæ jam præmiſſas latinas nunc faciendas eſſe duximus, & hîc collocandas, cùm ut legendus à pluribus proponeretur libellus qui de re maximi momenti diſputat; tùm ut noſtra textuum emendandorum ratio, quantum in nobis eſt, doctis viris probaretur.

dationes, quin etiam aliquandò liceat eas in textum recipere; at cavendum est ne hoc verbis in medium proferatur, id nempè licere reipsâ exequi.

Verum isti & æquum dicerent, si concessa libertas non iis constringeretur regulis, quibus intrà debitos fines ità coerceatur ut in licentiam numquam prorumpat. Is est homo ratione præditus, ut quidquid agat certis subjaceat legibus, queis vel impellatur ad agendum, vel ab agendo repellatur. Quidni liceret has regulas perpendere diligentiùs? quidni liceret easdem in medium proferre? Quod si liceat repertas emendationes aliquandò recipere in textum, mihi videtur licere etiam evulgare eas regulas juxtà quas id peragere licet. Atenim hoc non fecerunt nostri antecessores, viti peritissimi. At cur non id fieret quod nondùm factum est? Incertis quibusdam viis progrediuntur nascentes artes, & is ad earum fines propagandos maximè confert, qui eas statuit regulas juxtà quas certò possit res peragi, & medium teneri iter ab utrisque extremis æquè recedendo. Vir igitur humaniorum litterarum sincerus amator, qui eas gestit extendi quàm latissimè, firmo & constanti oculo intueri & rectâ mente statuere debet eas leges & normas quibus veterum editor in priscis edendis operibus dirigatur.

Nunc aliquot nomina explicabo quibus in decursu operis usus sum; dein aliquam distinctionem proponam, quæ mihi visa fuit huic quæstioni lucem datura maximam, ac præcipuos doctæ concertationis duces, eosque qui horum ductu militant, in castra eadem revocatura.

Lectionem primariam vel *primigeniam* appello eam qualem ipse scriptor vulgavit priusquam à librariis adulterata esset. *Veterem*, vel *receptam*, vel *vulgatam lectionem* nomino, eam quæ aut reipsâ corrupta fuit, aut habetur talis, & cui nova lectio subrogata est. *Lectionem* enim *novam* dicimus eam quæ receptæ lectionis loco proponitur.

Duplex distingui potest editorum genus, nempè editor codicis manuscripti, & editor ipsius scriptoris. Editor codicis manuscripti is est qui ex uno vel pluribus libris manuscriptis, nobis tradit fideli operâ & ad verbum id quod nobis ex scriptore aliquo temporum injuriæ reliquum fecerunt: editor scriptoris ipsius is est qui, scriptis illius diligenter perpensis, ea edit in lucem ab omnibus librariorum mendis & erratis, quantùm licet, expurgata.

Nimirùm codicis manuscripti editor non potest esse nimis diligens & accuratus ut illum nobis qualis existit repræsentet. Eò spectare debet ipsius labor, ut codicem manuscriptum typorum ope factum multiplicem, facili negotio transvehendum & perlegendum, quocumque terrarum dispergat. Non hîc expendam quibus viis percepturus sit qui sint optimæ notæ codices (quæ jam quæstio à plurimis doctis luculentè disputata fuit); hoc unum dico nunc, ipsum oportere, postquam elegerit codicem quem potuerit reperire optimum, postquam in id incubuerit ut, perspectis magnâ industriâ singulis caracteribus, eum penitùs cognoscat, eumdem exscribere religiosiùs, & diligentem dare operam, ut ne unum quidem verbum, ne una quidem excidat syllaba dùm ille excuditur. Hinc tantùm pretii accedit editionibus Aldorum: quæ ideò magni fiunt, & habentur tanquam codicum manuscriptorum veræ & genuinæ imagines, quod illi religiosè exscriberent etiam menda & errata quæ sibi manuscripti codices exhibebant. Ii qui Aldis proximè successerunt editores, forsitan nimis festinanter textibus emendandis studuerunt. Debuissent forsitan variorum codicum lectiones colligere, eas admittere quæ sibi potiores videbantur, & alias ablegare inter variantes, eo codice diligenter notato cujus erant. Quantumvis felices essent emendationes à se repertæ, egissent forsitan sapientiùs, qui eas duntaxat proposuissent ad marginem aut infrà paginam; vel saltem, si earum aliquas voluissent in

textum inducere, id officii ſui ducere debuiſſent, ut veterem lectionem, quantumvis corrupta & horrida ſibi videretur, aut reipsâ eſſet, ad marginem aut infrà paginam rejicerent protinùs aſpiciendam. Poſſent igitur vituperari nonnihil, Henr. Stephanus, Hier. Volſius, & nonnulli alii editores ſanè non contemnendi, quòd nempè emendationes ſuas, lectore non monito, textui immiſerint (1). Sciunt ii qui in hâc re verſatiſſimi ſunt, textum aliquem primò habitum fuiſſe adulteratum, at eumdem conſideratum accuratiùs, meliùs perſpectis cùm ſcriptoris ingenio & ſermone, tùm civitatis ex quâ ipſe oriundus erat, hiſtoriâ, legibus & moribus, exhibuiſſe ſenſum nitidiſſimum, qui effugiſſet legentem ſi non apparuiſſet vetus lectio: ſciunt illi ex ipſis emendationibus, attentiùs inſpectis, per leviſſimam vocum & litterarum immutationem, ſæpè emergere lectionem illam diu conquiſitam, quam non dediſſent emendationes quantumlibet ingenioſæ. Primorum igitur editorum hoc munus eſt, ut nobis tradant quod ex temporum injuriis elapſum eſt feliciter, & eo modo tradant quali ad nos pervenit: at ejus qui primarum editionum textui emendando incumbit hoc eſt officium, ut nobis reſtituat, quantùm licet, quod injuriæ temporum ſcriptori eripuerant; ac præ-

(1) Dùm inquiro cur Henr. Stephanus, Hier. Volſius, & alii editores, viri ſanæ mentis, & optimè de litteris græcis meriti, textus adulteratos interdùm emendaverint, ex propriis conjecturis, lectore non monito, quum iidem plerumque tàm accuratè ſe gerant, ego mihi videor hujus rationis cauſas deprehendiſſe. Quum ſcilicet nihil adhuc certi ſtatuiſſent de veterum editionibus, veriti ne textu à ſe apertiùs immutato, convicia exciperent aliquorum malè religioſorum; quum autem ipſos pigeret edere deformatos rebus abſurdis & verbis horridis, quæ facilè tolli poterant, eos ſcriptores quos imprimis commendat rerum ſanitas & verborum elegantia: furtìm, ut ità dicam, emendationes ſuas textui injecerunt, ut iis aſſueti lectores eas relinquerent, nec ægrè

ſertùm quum ille ob menda plurima vix poſſit legi.

Codicum manuſcriptorum hiſtoriam quantumvis leviter quis attigerit, ſcit videlicet amanuenſium ignorantia aut ſcientia inanis, negligentia aut temeritas, improbitas aut credulitas, quanta damna veterum ſcriptis attulerint. Illorum plurimi quum prorsùs ignorarent aut malè callerent linguam ejus ſcriptoris quem exſcribebant, mutilabant verba ſæpiùs, id disjungebant quod conjungi, & conjungebant quod disjungi debuiſſet, intrudebant in textum quod ad marginem aut ſuprà lineas apparebat. Alii paulò eruditiores, quum ea quæ ipſi non intelligebant corrupta eſſe arbitrarentur, id ſæpè adulterabant quod ſanum erat, tollebant ut ſupervacuum quod erat neceſſarium, quod faciebat ad vim ſermonis aut venuſtatem, verisque interdùm mendis menda ſubrogabant multò graviora. Alii quibus ex ſcriptione quæſtus erat, quorumque referebat multa ſcribere, dùm ſcriberent feſtinantiùs, litteras, ſyllabas, verba, lineas imò integras omittebant aut tranſponebant. Alii quorum immenſa erat & multiplex eruditio, aliena ſcripta quaſi ſua eſſent non dubitabant ad libidinem emendare, conjecturis ſuis quibuſlibet tanquam ipsâ veritate abutebantur, deſpectâque aliorum ignorantiâ, id tandem aſſequebantur multo labore multisque diſquiſitionibus, ut exemplaria evulgarent à vero multò magis aliena quàm ea

---

ferrent faciliores lectu effectas fuiſſe ſcriptiones ſatis jam per ſe difficiles. Et certè, niſi ſervandus ſit & tradendus nobis codex aliquis manuſcriptus, nullus unquam perſuadebit homini ſano & linguæ græcæ perito, ut eos autores quos facit maximi edat mendis fœdatos & ab uſitato ſermone & à ſenſu communi alieniſſimis. Ipſi igitur liceat textus ægros aliquoties ſanare ex propriâ conjecturâ, ſed ità ut diſcat ſe continere intrà fines debitos, & veterem lectionem ponere ob oculos legentium, quò & illa non pereat, & legentes poſſint de repertis reſtitutionibus per ſe ipſi ſtatuere.

quæ ipſi indocti exſcripſerant. Nonnulli denique, quum vellent perſuadere aliis ſe codices poſſidere integriores, ſcripta edebant quibus addiderant è ſuo, quas additiones religiosè exſcribebant viri quidam nimis creduli. Non loquor de iis quæ à multis exſcribebantur uno dictante; nec difficile eſt excogitatu quanta & quam omnigena vel ex dictante vel ex ſcribentibus menda irrepſerint.

Quum ſcripta aliquot vetera ob tàm diverſas cauſas non niſi depravata, trunca, mutila, lacera, ad nos pervenerint, licetne dare operam ut ea priſtino nitori reſtituantur? licetne addita tollere, ſublata addere, tranſpoſita in ſuum locum reponere? Quæſtionem in medium afferre, ut mihi videtur, eam ſolvere eſt; & qui rogat utrùm edenda ſint opera græca & latina, menda ſervando quæ irrepſerunt, vel ea, ut par eſt, corrigendo, is rogat utrùm opus aliquod gallicum de integro edendum ſit cum mendis typographicis; is rogat utrùm errata amanuenſis alicujus qui ſtylo & penicillo caracteres delineat, digniora ſint quæ retineantur, quàm errata alicujus opificis qui mobiles ordinat litteras, ut indè lineæ & paginæ efformentur (1). Docti quidam benè cordati leges ſtatuerunt & regulas quibus cognoſcatur undè adulteratus ſit textus aliquis, & undè poſſit emendari. Ad quid verò utiles eſſent hæ leges & regulæ, ſi his uti nunquam liceret? At, inquient, non mutato textu, ſed relicto qualis ſe habet, emendationes ad marginem ſunt apponendæ: id eſt, relinquendum malum, & remedium extrà ponendum. Præterea, ſi textus omninò purus ſit & nitidus, ac raræ duntaxat

(1) Is opifex qui in meis oratorum græcorum editionibus typos diſponit, ſuæ artis alioqui peritiſſimus, ſermonis græci & latini ignarus eſt omninò. Menda quæ ipſi neceſſariò excidunt, quamvis attentus ſit, nec mendoſum codicem in manibus habeat, me ſingulis diebus edocent

appareant adulterationes, tunc possunt, imò debent, ut plurimùm, emendationes apponi ad marginem, aut infrà paginam rejici. Verùm si, ut in omnibus ferè Lysiæ scriptis & in aliis aliquibus, singulæ fermè lineæ textum exhibeant miserè corruptum, tunc plurima diversaque & menda & signa annotationum tædium scripto importabunt, hujusque vim & elegantias prorsùs obruent. Carmina, orationes, & alia ejus generis scripta, uno tenore legi debent ut intelligantur; atque ideò jacent neglectæ à plurimis, vel editiones illæ incondito eruditionis apparatu extumescentes, vel eæ quæ ut annotationibus omninò vacuæ sunt, ità mendis quibus codices manuscripti scatent refertæ. Quæ tamen, licet per se vix legantur, adjumenti non parùm afferunt perito editori, undè eas conficiat editiones quæ facili negotio legi queant.

Neque dicant temeritatis esse emendationes immittere textui sine ullâ codicum manuscriptorum autoritate. Nam primùm quidem libertate eâ quam temeritatem vocant & licentiam, usi sunt sæpiùs præstantissimi editores; atque id unum ipsis, ut jam dixi, crimini datur, quòd, lectore non monito, correctiones suas in textum aliquoties injecerint. Deindè, si universi codices evidenter peccant, cur menda evidentia in textu relinquerentur? Hîc iterùm adhibebo eam comparationem quam suprà attuli, quamque arbitror ad rem decidendam maximè conferre. Num, quæso, servarentur in gallicâ editione novâ ipsi errores typographici, quia universæ editiones quæ antecesserunt his erroribus laborarent?

---

quomodo veterum scripta à scribentibus potuerint adulterari, & mihi sæpè textuum restituendorum vias aperuerunt. Non à me postulat opifex ut ipsius erratorum rationem habeam, & mihi per ipsum licet ea emendare.

Mihi porrò referre liceat quod ipsemet expertus sum de quâdam epistolâ quam opinor esse Isocratis, etsi hæc in nullâ extat scriptorum illius editione. Epistolam hanc, scriptam ad Archidamum Lacedæmoniorum regem, Hœschelius in suam Photii editionem induxit, ut quæ allata fuisset ex Italiâ ab Andrea Schoto. Quum ego textûs plura loca emendavissem, & emendationes meas recepturus essem in textum ut evidentes, eas ferè omnes, non sine magno voluptatis sensu confirmatas reperi in duobus bibliothecæ regiæ manuscriptis codicibus. Qui duo codices si non extitissent, num igitur in textu menda reliquissem, repugnante sensu & ratione? num passus essem his veluti offendiculis lectorem impediri, quum ipsi possem offerre scriptionem puram, liquidam, & omnibus omninò salebris expeditam? « Græca dedi, inquit doctissimus Grotius, innumeris locis emendatiora, tùm quòd sensum, « tùm quòd carminum leges attinet, *partìm ex conjecturâ « meâ & amicorum qui in notis nominabuntur*, partìm ex « libris quos ex regiâ bibliothecâ comitate viri cl. & eruditissimi Nicol. Rigaltii nactus sum. Nam in ipsum textum « emendationes recepi *quò minore cum offensâ legeretur;* « ejus autem quæ antè apparebat lectionis, in notis feci « mentionem (1). »

Habenda ratio est textûs, viri isti inquiunt aut timidioris aut pigrioris ingenii, qui textui corrupto tanquam rei sacræ parcendum existimat, aut qui facilius ducunt & commodius menda exscribere quàm eadem sanare. Habenda ratio est textûs. Ità sanè si purus ille & liquidus niteat; nam si evidenter adulteratus fuerit, habere rationem textûs nihil esset aliud quàm habere rationem damnorum quæ ab indoctis aut

(1) Dicta poetarum quæ apud Stobœum exstant. Parisiis, 1623, in-4°. in Prolegomenis E. Ceterùm solius Grotii hîc laudavi autoritatem, quum potuerim etiam laudare Canterum, Scioppium, Hemsterhusium, Taylorum, Reiskium, & permultos alios, qui omnes opinantur

temerariis, ab improbis aut inattentis hominibus, textui illata sunt. Non, mehercule, textûs tunc habenda ratio est, sed scriptoris ipsius quem manus scribentium ità miserè deformârunt, atque omni ope est connitendum ut ipsi pristinus decor, quem abstulit temporum iniquitas, quâ licet, restituatur. Est tamen, fatebor ego, est quatenùs ratio haberi debeat ipsorum etiam mendorum quibus fœdantur scripta vetera; nempè si ea spectentur tanquam quæ primigeniæ lectionis vestigia contineant, quibus vestigiis ad illam adiri possit. Quicumque ista menda alio spectaret modo, is rationis sanæ documentis, simulque scientiarum & humaniorum litterarum progressibus adversaretur.

Clariori adhuc & invicto, si possimus, modo demonstremus posse aliquandò in textum induci eas etiam emendationes quas nullus suppeditat manuscriptus codex. Ut enim editori liceat textum aliquem immutare ex propriis conjecturis, oportet textum hunc evidenter esse corruptum. Quis porrò textus est evidenter corruptus? is nempè qui quum sermonem barbarum aut nullum omninò sensum exhibeat, declarat evidenter lectionem illam primariam evanuisse. Inventa autem restituendi ratio vel evidens est vel duntaxat probabilis. Si evidens fuerit, in dubium nequit revocari quin præponenda sit, ut in textum recipiatur, illa lectio quam liquet veram esse & genuinam scriptoris lectionem, huic quam omnes fatentur ab illâ esse prorsùs alienam. Jam si restituendi ratio fuerit tantùm probabilis, num, quæso, ea lectio præferenda est quam constat non esse lectionem primariam, ei quam valdè verisimile est esse vulgatam ab ipso scriptore lectionem. Hinc patet primò licere emendationes

---

textus corruptos aliquandò posse emendari ex ipsis editorum conjecturis; atque hîc vereor ne mihi exprobretur quòd magno apparatu id demonstrandum susceperim quod apud doctissimos quosque & optimè sordatos constat.

immittere textui etiam duntaxat probabiles. Huc accedit quòd indè legentibus ſcriptio offeratur facilior ſimul & jucundior, in quâ grammaticæ leges non apertè violantur, in quâ ſenſus ubique occurrit nitidus & ſecum benè cohærens. Quilibet certè operis alicujus, vel ſcriptor, vel interpres, vel editor, nullum non laborem debet ſuſcipere ut legentes non laborent. Pauci quippè ſunt viri laboris patientes & amantes, qui magno animo in iis quæ legunt omnigenas rerum difficultates exhaurire non dubitant: reliqui autem, ii præſertìm qui ſublimi ſunt & ſubtili ingenio, mox ſuperbi faſtidiunt & rejiciunt indignabundi opus, quodcumque ſit, cujus lectio nimis operoſa tædium movet & procreat. Quò enim ſcripta vetera digniora habentur quæ perlegamus, eò magis refert ea facilia lectu effici & jucunda. Jam ſi teneatur editor vulgatam & adulteratam lectionem ad marginem rejicere aut infrà paginam, ſervabitur jam quod eſt ſervandum & nihil detrimenti afferetur: atque hoc tertium eſt cur textum ægrum feliciter ſananti omnis dematur ſcrupulus. Quartò denique autoritas ſuppetit editorum aliquot egregiè cordatorum qui nos anteceſſerunt, quique emendationes marte proprio repertas in textum recipere non dubitaverunt. Num illis exprobrabimus quòd partem operis confecerint, nec totum ipſi opus animosè perficiemus? nonne operam dabimus ut nitidos & ſplendentes oſtendamus eos campos quos illi feliciter incultos ſubegerunt? quum apertum ab ipſis ſtadium ipſi primi ingreſſi fuerint, num regrediemur in eum locum ex quo illi ſunt profecti, vel in eo loco conſiſtemus ad quem illi pervenere, nec magis ac magis in eâ viâ progrediemur quam illi nobis tanto ſtudio muniverunt?

Ac demùm id nunc quæram ab eo qui huic opinioni maximè adverſatur. En aliquæ adulterationes & emendationes quas collegì apud Scioppium, qui de hâc eâdem re diſputavit. Mihi viſum eſt latina exempla fore & notiora

& illustriora quàm græca. Legitur in codice manuscripto Petronii, *Trimalcionis copanta est*, pro *Trimalcionis sycophanta est*; in codice Cornelii Nepotis, *deindè celiam*, pro *deindè Deceliam*. Legitur quoque in Plauti manuscriptis codicibus, *nec reddant alteri*, pro *ne credant alteri*; *cum auris aurib*, pro *cum armis aureis*; in codicibus Symmachi, *ammortuo*, pro *animo tuo*; *tùm speratis*, pro *sumpseratis*; *sponsorem nititur*, pro *sponsore me nititur*; *sa temporis*, pro *sat temporis*; *expectatio ne vicissìm*, pro *expectatione vicissìm*; *Theodoro medi*, pro *Theodoro medico*. Quæram igitur à viro timido nimis & malè religioso qui vetat emendari textus adulteratos si non adsit codicum manuscriptorum autoritas: idne religioni ducet barbaras istas locutiones servare, nec eis subrogabit felices illas & certas emendationes quas ipsa ratio suppeditat? Quòd si has rejiciat pertinaciter, eum omnes ducent rationi maximè adversantem, eumdemque sinent solum in *solœcismis* & *barbarismis* sibi complacere: sin arbitretur non posse quin eas in textum introducat, est igitur ubi possint adulterati textus emendari sine ullâ codicum manuscriptorum autoritate; id igitur unum expendendum incumbit quandò illi & juxtà quas leges restitui debeant.

Jam satis demonstratum esse arbitror veterum scriptorum editori licere aliquandò emendare textus adulteratos, etiam sine ullâ codicum manuscriptorum autoritate. Sed illum etiam atque etiam monemus ut sibi diffidat, ne forsan textum purum ipse corrumpat, aut adulteratum jam magis adhuc adulteret. Ostendemus igitur quæ ipsi leges & regulæ observandæ sint, ut nec in hoc malum incidat, nec scopo quem intendit adversetur.

Longius sanè esset hîc inquirere quali modo se haberent ab initio latina scripta, & quali ratione eò tandem perventum

ſit ut lector attentus ea facili negotio perlegat. Pateret nimirùm commentatores & criticos rude opus inchoaſſe; ſed quum iſti plerumque ſint paulò fuſiores, & in ipſo opere veſtigia & inſtrumenta ſui laboris relinquant, poſt ipſos extitiſſe viros aliquot exquiſiti judicii, qui, ſublatis critices ac velut ædificii conſtruendi apparatibus, rejecerunt inutilia & optima elegerunt: pateret eos homines excellenti prudentiâ donatos, receptis in textum emendationibus certis & indubitatis, & expeditis locis difficilibus, ope brevium annotationum quibus rectà itur ad ſolutionem difficultatum, nec omnes viæ peragrantur quæ ad eam ducunt, nobis aperuiſſe theſauros illos antiquos qui priùs paucis tantummodò doctis patuerant. Non ità feliciter actum eſt cum ſcriptis græcis, quæ pleraque in manibus criticorum & commentatorum remanſerunt. Non is ſum profectò qui contemnam laborem virorum quorumdam eruditorum, per quos nobis nunc contingit ut legamus Virgilium, Horatium, Tullium, ac multos alios ex quibus doctrinam petimus ſimul & voluptatem; verùm contendo illorum operam non ſufficere. Hoc ſcilicet magnum eſt, imò maximum, agrum aliquem, incultum hactenùs, aratro domitum fuiſſe; ſed quantum intereſt diſcriminis agrum inter vomere ſubactum duntaxat, & campum aut opulentâ meſſe fluctuantem, aut ſylvâ ſuperbum vaſtâ & magnificâ, aut amœnis multiplicis horti deliciis decoratum! Ut de ſolis iis ſcriptoribus græcis loquar qui mihi notiſſimi ſunt, textus plerarumque orationum Iſocratis & nonnullarum Demoſthenis, purus vulgò ſatis eſt & liquidus: ſed quàm multi exiſtunt alii quorum textus plurimis in locis adulteratus, vel nullis omninò annotationibus illuſtratur, vel longis impeditur commentariis quæ lectu ſunt difficiliora quàm ipſe textus!

Quidquid ſit de his quæ modò diximus, editor eorum operum

operum in quibus paucæ ſuperſunt maculæ & adulterationes, ſive ſenſus ſive ſermo ſpectetur, ab immutando textu debet imprimis abſtinere, nec in ipſum inducere lectiones novas, niſi quandò menda ſunt evidentia, & emendationes evidenter neceſſariæ, aut optimis codicibus vel manuſcriptis vel impreſſis confirmatæ. Textus alicujus operis, quod in omnium manibus verſatum facili negotio legitur, quod multis abhinc ſæculis à plurimis hominibus etiam atque etiam perlectum eſt, non debet immutari niſi quum conſtat lectores omnes tali lectioni aſſuetos, factam immutationem ipſos approbaturos, firmiſſimis nempè momentis innixam. His exceptis caſibus qui rariſſimi ſunt, conjecturas ſuas extrà textum proponat editor, at ipſi textui parcat religioſus. Nemo magis quàm ego demiratur ingentem quæ in Reiskio ſuppetebat ſermonum priſcorum, præſertímque græci, peritiam, necnon artem & ſolertiam quibus ægro textui medetur & ea ſupplet quæ deſunt. Illa præſertìm miror quæ confecit in emendandis ſcriptis eorum quos vocant oratores græcos minores, & mihi videtur plura profeciſſe ſolus quàm omnes ſimul qui ipſum anteceſſere. Sed quamvis ſingulari ergà ipſius memoriam veneratione afficiar, quamvis memori animo recorder cùm honorificas quas mihi dedit, quum viveret, animi ſui ſignificationes, tùm non modicas utilitates quas ex ejuſdem eruditis perquiſitionibus percepi, fatebor tamen illum, in ſuis editionibus græcis, textum pluries immutaſſe, quum is ſenſum aliquem exhiberet, & fuiſſet ſatius eum talem aliis relinquere qualem ipſe acceperat.

Itaque æſtimamus ſcriptoris antiqui textum, ſi vulgo purus ſit & nitidus, & facili operâ evolvatur, non debere niſi rariſſimè immutari. At quum ſcripta vetera non pervenerunt ad nos niſi ità mendoſa & mutila, ut legatur cum moleſtiâ & faſtidio id quod legi debebat cum fructu & voluptate,

quid tunc agere suscipiet peritissimus editor? nempè, textum restituere, verba malè ordinata ad debitum ordinem revocare, rejicere quod vitiosè abundat, adjicere quod deest, in suum locum reponere quod transpositum fuit, denique efficere ut id legatur uno tenore quod non poterat legi. Verùm etiam tunc editori concessa libertas non debet prorumpere in licentiam, & certæ sunt leges ac regulæ quæ ipsi servandæ sunt diligentiùs.

Ac primùm quidem receptam lectionem non deserat nisi ultimâ coactus necessitate, & quum ex eâ nequit elici ullus sensus probabilis. Judicio magis quàm ingenio ductus, sedulò caveat ab istis restitutionibus, ut dicunt, ingeniosis; ac si non possit sibi temperare ut eas prorsùs omittat, eas saltem collocet extrà textum, nec velit in textum per vim intrudere. Atenim scriptor isto modò meliùs dixisset. Esto sanè, tuque linguam mortuam ità apprimè calleas ut possis certò statuere quid sit pejus aut melius; verùm scriptori meliùs dicere non libitum fuit. Ab immutando textu, quantùm potes, abstineto; ipsum multoties resumito, videto & inquirito num sit ratio aliqua ob quam debeat servari; veterem denique lectionem non ejicito nisi quum indè nullus omninò sensus aut sensus iis quæ præcedunt contrarius exurgit; nisi quum scriptoris ingenium vehementer deformatur, sermonis regulæ evidenter violantur, historia manifestè contradicitur in aliquot factis vel chronologiæ articulis, & alioqui constat menda non potuisse nisi à librario proficisci. Nec emendatio tua temere conficitor; eam componito ex ipsis adulterationis elementis, & ipsæ, ut ità dicam, testûs ruinæ tibi profint ut textus à te mutilus reficiatur (1). Sæpiùs autem

(1) Ità ex reliquis pulchræ statuæ partibus, peritus artifex, juxtà regulas quasdam & proportiones, posset effingere statuam illi prorsùs similem quæ ex manu primi artificis educta fuit. Sed in mutilis textibus

apud te maximo in pretio habetor ea lectio quæ maximè horrida est & barbara; hæc non rarò lectioni primigeniæ proxima est & ad eam facillimè ducere poterit. Jam in scriptione fœdissimâ quærito lineamentum illud quod omissum aut adulteratum quasi primariam verbi effigiem deformavit. Ne verò variantes maximè vitiosas rejicito, eas perpendito & inter se comparato ut aliæ per alias corrigantur. Nihil à te negligitor: locus ipse corruptus, quem laudat aut vertit in alium sermonem scriptor aliquis sacer vel profanus, tibi aliquandò suppeditabit restitutionem quæsitam, vel saltem ad eam aditum patefaciet. Quòd si novam lectionem inducas, veterem ob oculos lectoris reponito quàm citissimè, non ad finem operis aut voluminis, sed ad marginem aut ad imam paginam. Imam ego paginam anteferrem, dummodò, textu nullis annotationum signis impedito, indicaretur tantùm linea ad quam singulæ annotationes pertinerent; quæ linea facilis inventu erit, si notæ arithmeticæ per singulas quinque lineas apponantur. Omninò equidem velim, in omni editione

---

reparandis duplex existere commodum affirmaverim. Ac primùm quidem pars aliqua oris, verbi gratiâ, quæ in statuâ reparata fuerit, quantumvis doctè efficta, quantumvis peritè accommodata dicatur, non est tamen germana pars, neque illa quæ primùm extabat; dùm è contrà vera vox, quæ omissa aut corrupta, tandem reperta fuit, non minùs est ipsa vox autoris quàm illa quæ ab ipso autore fuit primùm delineata. Hoc verò alterum est commodum, & sanè præcipuum; nempè, si opifex indoctus & temerarius opus artis antiquum reparare susciperet, id unum efficeret suâ diligentiâ ut pretiosas reliquias perderet omninò & corrumperet, nec nova damna quæ superba ipsius attulisset ignorantia, ab ullo jam alio possent resarciri. At non eadem est textuum adulteratorum ratio. Nam quantumvis inscitè eos restituat editor imperitus, semper remanent veteres lectiones; ac post eum alter potest quærere & reperire feliciores restitutiones, quæ à sano quoque homine statìm comprobentur.

græcâ aut latinâ, omnes annotationes breves esse, difficultatem statìm solventes, & ità infrà paginam positas, ut nullis annotationum signis textus impediatur (1). Cupiam idem lectionem vulgatam quàm citissimè reponi ob oculos lectoris, quia, videlicet, quum is possit nitidissimum in eâ lectione sensum reperire in quâ tu nullum reperisti, aut quum ipsa adulteratio ipsi forsitan restitutionem suppeditatura sit feliciorem simul & certiorem, hoc illi commodum confestìm afferre debes, nec illum cogere ut id è longiori accersat.

Hìc eam resumo objectionem, quam si non integram, at ejus certè partem refelli. Statìm atque editores sibi licere existimabunt propria ipsorum inventa ei lectioni subrogare quam judicabunt esse vitiosam, limitibus jam sublatis, nullus erit licentiæ terminus: suas unusquisque conjecturas pro ipsâ veritate habebit; textus quoslibet singuli deformabunt magis ac magis & adulterabunt dùm ipsos credent sanari à se & emendari, & pro scriptis antiquis scripta tandem recentiora accipiemus.

Ad hæc respondebo libertatem editoribus concessam, si legibus & regulis modò expositis coerceatur, non perniciosam fore & detrimentosam; at etiamsi eâ libertate abuterentur lævæ mentis homines, non ideò prohibendos esse viros egregiè cordatos quominùs eâdem utantur ad bonarum litterarum utilitatem. Præterea, si editor temerarius in nimiam prorumpat licentiam, si alienis non parcat, & illa invertat tanquam sua essent, eæ quæ præcesserunt editiones remanebunt semper inconcussæ, dùm imprudentis ingenii opus ruet merito silentio & debitâ oblivione consepultum. Denique, Henr. Stephanus, Hier. Volfius, & nonnulli alii edi-

(1) Adeò non dedignor, ut & multi faciam disputationes historicas & criticas de textu veterum autorum; sed arbitror eas seponendas esse extrà textum, ità ut eis textus non impediatur. Editoris hoc munus est,

tores, magnâ doctrinâ & optimo judicio præditi, sæpiùs textum emendârunt ex propriis conjecturis, nec indè aliud contigit incommodi, quàm quòd elucidatus sit locus difficilis, & corruptæ lectioni subrogata sit lectio primigenia.

Illi verò objectioni non respondendum esse arbitror, scilicet ab editore quovis textum emendante textum haberi evidenter corruptum, huncque ob eam causam ab ipso emendari. Equidem fateor falsâ evidentiæ specie posse illudi aliquos, ideóque etiam atque etiam moneo textum non temerè esse deferendum. Sed quod apud omnes viros sanos evidens est, id teneri debet ut evidens; atque ut contemnitur stultus iste qui sibi congratulatur solus ob evidentiam menti suæ, ut putat, affulgentem; ità laudatur ab omnibus & comprobatur sapientis viri industria, qui, re perpensâ diligenter, id admittere non dubitat quod ipsi recta ratio tanquam certum & indubitatum exhibet.

Antequam loquar de dotibus queis donatum esse deceat veterum editorem, distincto duplici genere editionum ut duplex editorum genus distinxi, hæc sentio & dico. Illas maximi omnium faciam, in quibus aliquis excellentis judicii, intrà debitos fines se continens, sanæ critices face præeunte, operam dederit ut suus veteribus scriptis nitor restituatur. Sed adeò non contemnam, ut & prorsùs necessarias habiturus sim eas in quibus vir eruditus, perlectis patienter & solerter perspectis optimis codicibus, nobis diligenter tradet pretiosas veterum scriptorum reliquias. Eæ solæ rejiciendæ erunt editiones, in quibus temerarius editor, lectionibus obscuris aut vitiosis ad libidinem non ad rationis normam

---

meo quidem judicio, textum purum, nitidum, lectuque facilem efficere brevioribus notis quæ ipsam difficultatem statìm solvant, rejectis scilicet qualibuscumque ab hâc re alienis disputationibus.

correctis, intrudet in textum fortuitas & ineptas emendationes quæ publicâ mox infamiâ inurentur.

Non is sum qui editoris laudes exaggerare aggrediar quia veteres edere suscepi; sed id verè possum affirmare non omnium esse hoc munus exequi. De operibus græcis duntaxat loquar, cùm ut in unâ re legentium attentio consistat, tùm quòd pleraque illorum mendosa maximè & mutila ad nos pervenerunt. Oportet sanè scriptorum græcorum editorem linguæ græcæ mentem & ingenium, idiotismos, regulas & exceptiones, radices verborum & significationes diversas, & cetera quæ ad eam penitùs intelligendam pertinent optimè callere; eumdem oportet cognoscere res gestas, mores & usus nationis græcæ, ac præsertim populi athenienſis, si scriptor esset athenienſis: ità sanè illum oportet horum omnium esse consultissimum; verùm hæc ipsa non sufficiunt. Numquam ille rem ad felicem exitum perducet, nisi forti animo præditus sit, qui multis crebrisque difficultatibus excitetur magis, nedùm deterreatur; nisi etiam invictâ donatus sit tolerantiâ quâ velit eadem sæpiùs inculcare, ut caliginosa omnia elucidentur, mutila reparentur, aspera complanentur, impedita expediantur, curæ priores corrigantur curis posterioribus; nisi insuper acerrimum & sagacissimum sortitus sit ingenium, quo verum loci alicujus sensum deprehendat, inter se pugnantia conciliet, repleat vacua & hiulca, connexionem perspiciat sententiarum & probationum, interruptum orationis filum resumat, veritatis facem per omnia ferat ut omnes discutiantur caligines; nisi denique recto & certo instructus sit critices acumine, quo doceatur quandò textus servari debeat, quandò possit deseri, quo intelligat quid verè sit scriptoris aut non sit, quo ipsas autoris hallucinationes à librarii erratis discernat, quo demùm loca corrupta sic restituat, ut pariter absit à timiditate ignavâ & ab

audaci temeritate. Nec ſatis; penè dicam hunc eodem aut ſaltem ſimili ingenio donari oportere ac illum cujus ſcripta in lucem edere ſuſcipit. Ariſtotelis editor verſatiſſimus eſſe deberet in dialecticâ illâ ſubtili ſimul & ſublimi, quâ philoſophus ille omnes omninò ſcientiarum, humaniorum litterarum & artium partes menti ſuæ addicebat. Platonis editor deberet intelligere penitùs cauſas & fines philoſophiæ platonicæ, & infinitam ſermonum illius varietatem, quâ ad omnia dicendi genera, ad omnes ſcribendi modos, facilis & multiplex ſe accommodabat.

Non loquar de hiſtoricis & poetis, quantis nempè dotibus inſtructum eſſe oporteat editorem Thucydidis, Herodoti, Æſchilis, Sophoclis, Euripidis, Ariſtophanis, & aliorum quorum ſcripta, ad nos pervenerunt plus minúſve adulterata. Pauca duntaxat dicam de oratoribus atticis circà quos ego verſor præcipuè. Qui ſcilicet apprimè cognoverit veros illos & à naturâ datos affectus, firmam illam & ſubtilem arguendi methodum, venuſtam illam & ſale conditam ſimplicitatem, vim illam ſermonis quæ res exhibet quaſi in ſcenâ agerentur, concentum illum verborum demulcentem aures ſuaviter, quæ omnia illis omnibus erant communia; is mihi videtur maximè omnium poſſe emendare in textu quod peccat, rejicere aut adjicere quod illorum ingenio congruum eſt aut contrarium.

Equidem arbitror, & hoc ultimum animadverto, fore ut is qui alicui operi in alium ſermonem vertendo dedit operam, faciliùs poſſit & feliciùs huic eidem operi edendo incumbere. Nullâ ſcilicet aliâ tutiori viâ corrupti textus ſanari queunt, quàm ſi id primum omnium pro certo teneatur quid ſcriptor in animo habuerit dicere, ut certiùs cognoſcatur quid reipsâ dixerit. Porrò is qui accuratè opus aliquod in alium ſermonem vertere ſtuduit, id debuit intendere ut

reperiret omnes ſenſus veros, ut ſeries rerum & connexio, & quidquid in affectibus & ſententiis limatius eſt & ſubtilius, ipſum non effugeret.

Has obſervationes criticas concludent expoſitæ aliquot regulæ & normæ quæ ad actum pertinent, & ex his conſequuntur. Si opus aliquod in lucem typis editur primùm, editor non poteſt eſſe accuratus nimis & religioſus ut codicem manuſcriptum talem repræſentet qualis ad nos pervenit; & huic uni ſtudere debet ut apprimè legat manuſcriptum exemplar, & nihil omninò excidat dùm excuditur. Quòd ſi plures codices ipſi licet conſulere, tunc ipſum oportet ex diverſis lectionibus eas ſeligere quas putat eſſe optimas, & inter variantes rejicere eas omnes quas deſerit. Hæc egomet ità perſuaſa habeo, ut, ſi opus aliquod hactenùs ineditum evulgare ſuſciperem, id mei ducerem eſſe officii, evidentiſſimas licet reperiſſem emendationes, illud edere omnibus & linguæ & ſensûs mendis fœdatum quæ in codice manuſcripto apparerent (1). Sed ſtatìm atque dediſſem operam ut ſervaretur codex & typis multiplex fieret, tunc arbitrarer me poſſe pro jure meo idem opus publicum facere ab omnibus, quâ fas eſt, amanuenſium erratis expurgatum. Optandum eſſet ut primis temporibus in diverſis locis extitiſſent

(1) Hîc mihi aliquis objiciat editionem ejuſmodi futuram eſſe utilem doctis aliquibus viris qui textibus emendandis incumbunt, ſed quum ea non poſſit prodeſſe niſi paucis hominibus, non ſumptus eam compenſaturam ad opus conficiendum neceſſarios. Hanc ego objectionem firmiſſimam eſſe fateor, & dico laudandum eſſe & maximo plauſu excipiendum fortem gnavumque privatorum quorumdam animum, qui pro humaniorum litterarum commodis ſua ipſi bona profundere non dubitant; ſed hoc onus fore ſubeundum civitatibus & principibus, & ipſorum impenſis ſuſcipiendas fore editiones quaſdam non minore emolumento quàm ſumptu excudendas. Gratulati ſunt viri eruditi clariſſimo

plures editores non minùs accurati & religiosi quàm Aldi fuerunt, plures nunc haberemus editiones quibus ipsi nobis codices manuscripti exhiberentur. Quidquid sit, ipse primus gratulabor viro illi erudito, qui, quum ipse cordi habeat ut plures sint editiones accuratæ, aut eas evulgare quæ sint accuratiores, ex integro consulet codices manuscriptos, & suâ diligentiâ arguet priorum editorum operam non satis diligentem. Sed ipse quoque, adeò non rixas movere debet, ut etiam debeat animos addere sincero veterum amatori, qui, quum ægerrimè ferat illorum aliquos omnigenis mendis deturpatos esse & deformatos, omni ope contendit ut suum ipsis nitorem restituat, quantùm licet, & textus mutilos reficiat, ità tamen, iterùm atque iterùm dicam, ut sibi debitos fines nunquam transiliendos, & veteres lectiones ob legentium oculos semper reponendas, arbitretur.

---

de Villoison, regiæ Inscriptionum & Humaniorum Litterarum Academiæ socio, in regionem peregrinam proficiscenti ut illîc opera græca ederet hactenùs inedita; nec sciunt utrùm magis admirari oporteat, aut ardorem inclytum adolescentis academici, qui suæ se familiæ & novæ sponsæ amplexibus eripuit, ut procul à patriâ incognitas opes colligeret, aut utile gallici imperii studium, quod cœptum illud magnanimum fovere amat & tueri. Ceterùm hoc quod mihi reipsâ objectum est, declarat quàm necesse sit menda corrigere quæ apud codices manuscriptos occurrunt, ut editio aliqua possit diffundi latius, & lectoribus non paucis probari.

SYLLABUS

EORUM QUÆ IN DUOBUS VOLUMINIBUS

CONTINENTUR.

IN PRIORI VOLUMINE.

PRÆFATIO. pag. v

De ſcriptis veterum ab editore emendandis obſervationes criticæ. xxj

Ὑπὲρ τοῦ Ἐραλοσθένους φόνου ἀπολογία. 4

Ἀπολογία πρὸς Σίμωνα. 40

Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας. Περὶ οὗ ἡ πρὸς ὅν. 72

Ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας ἀπολογία. 86

Κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. 94

Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία. 134

Κατηγορία πρὸς τοὺς συνουσιαςὰς, κακολογιῶν. 164

Ὑπὲρ τοῦ ςρατιώτου. 184

Κατὰ Θεομνήςου πρῶτος. 202

Κατὰ Θεομνήςου δεύτερος. 226

Κατὰ Ἐραλοσθένους, τοῦ γενομένου τῶν Τριάκοντα, ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας. 240

Κατὰ Ἀγοράτου. 314

Κατὰ Ἀλκιβιάδου, λειποταξίου. 388

Κατὰ Ἀλκιβιάδου, ἀςρατείας. 422

Ἐν βουλῇ Μανιθέῳ δοκιμαζομένῳ. 436

Δημοσίων ἀδικημάτων. 456
Περὶ τῆς δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφιδοῦ, ἐπίλογος. 468
Ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων, πρὸς τὸ δημόσιον. 490

IN ALTERO VOLUMINE.

Ὑπὲρ Πολυστράτου. pag. 2
Ἀπολογία δωροδοκίας, ἀπαράσημος. 32
Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν. 52
Κατὰ Παγκλέωνος, ὅτι ἐκ ἦν Πλαταιεύς. 70
Πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν, περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον. 86
Δήμου καταλύσεως ἀπολογία. 110
Περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας. 142
Κατὰ Ἐπικράτους καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν ἐπίλογος. 166
Κατὰ Ἐργοκλέους ἐπίλογος. 178
Κατὰ Φιλοκράτους ἐπίλογος. 192
Κατὰ Νικομάχου γραμματέως, εὐθυνῶν κατηγορία. 204
Κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας. 236
Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. 264

PRÆFATIUNCULA ad vitas Lysiæ quæ sequuntur, ejusdem oratoris fragmenta, &c. 322
Λυσίου βίος, καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν αὐτοῦ λόγων, ἐκ τῶν Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως. 324

Hic libellus Dionysii Halicarnassæi continet quædam Lysiæ scripta quæ nobis ille rhetor servavit; scilicet,

1°. Orationem contrà Diogitonem, pag. 370
2°. Orationem olympicam, 400
3°. Orationem politicam, 408
Λυσίου κλάσμαΐα. 418
Λυσίου βίος ἐκ Πλουτάρχου. 432
Λυσίου βίος ἐκ Φωτίου. 440
Λυσίου βίος ἐκ Σουΐδα. 450
Ἐκ τοῦ Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως περὶ τῶν ῥητόρων. 452

Testimonia Dionysii Halicarnassæi de Lysia, sequuntur testimonia de eodem, Dionis Chrysostomi, Hermogenis, Longini, Ciceronis, Quintiliani & Gellii.

Index græcus. 465
Index historicus. 501
Index geographicus. 515

ANALYSIS ORATIONIS DE CÆDE ERATOSTHENIS.

PROPOSITUM.

ERATOSTHENES quidam irrepſerat in domum cujusdam Euphileti, & ipſius uxorem corruperat. Is per ancillam alienam totam rem edoctus, ad id ſe comparavit ut adulterum in manifeſto flagitio deprehenderet, ipſumque occideret, quod ſibi per leges licebat. Iſtud quidem reipsâ exequitur: verùm Eratoſthenis amici, occiſorem homicidii accuſant, quaſi is illum in domum ſuam allexiſſet, & abripuiſſet ex foco ad quem confugerat.

Exordium.

In exordio orationis Euphiletus judices ſibi conciliare aggreditur, idque planum facere intendit ſe graviſſimæ injuriæ ulciſcendæ causâ, non ob privatum aliquod emolumentum, vel ob aliquam aliam cauſam, occidiſſe Eratoſthenem.

Narratio.

Deindè rem narrat fuſiùs, exponitque 1°. quomodo uxorem duxerit, quæ initio proba & ſedula mulier, mox conſpecta ab Eratoſthene per ancillæ ſuæ miniſterium ſensìm

corrumpitur; 2°. quæ fuerit ſuarum ædium diſpoſitio, & cur uxorem ſuam deſcendere fecerit, dùm ipſe aſcenderit in ſuperiora; 3°. narrat quibus artibus conjux virum nihil mali ſuſpicantem deceperit; 4°. ut is per ancillam alienam ab errore tandem fuerit deductus; 5°. quâ viâ ex ancillâ ipſe ſuâ veritatem omnem expreſſerit, quodque conſilium cum illâ ceperit adulterum in manifeſto flagitio deprehendendi; 6°. quâ ratione conſilium hoc perfecerit, & ex agro redux cœnatus cum Soſtrato quodam ex amicis ſuis quem dimiſerat, uxoris ſuæ corruptorem interfecerit, fruſtrà orantem & ſupplicantem ut exigeret pecuniam, nec ſibi vitam eriperet. Hæc omnia vividis, ſed nativis maximè coloribus, depicta ſunt.

Confirmationem aggreditur reus, ac

I. Leges curat recitandas per quas ſibi licebat adulterum occidere, & quæ graviorem pœnam infligebant mulierem lenocinio corrumpentibus, quàm eidem vim facientibus.

II. Hortatur judices ut juxtà leges poſitas ſententiam ferant, & quid conſecuturum ſit enuntiat ſi agant aliter.

III. Refutat adverſariorum rationes, negatque ſe alleXiſſe in domum ſuam Eratoſthenem, quippè qui rem omninò non præviderit, Soſtratumque amicum ſuum cœnatum dimiſerit, & per noctem vagatus fuerit amicos conquirendo quorum plerosque non reperit in ipſorum domibus.

IV. Arguit nullas ſibi cum Eratoſthene fuiſſe inimicitias, nullum diſſidium, nullam denique cauſam extitiſſe,

cur ipſum occideret, præter injuriam ab ipſo acceptam.

V. Concludit excitando judices ut pœnas à ſe ſumptas confirment ad aliorum exemplum, & quiritando ſe litem periculoſam ideò ſubire quòd legibus obtemperaverit.

Quum ex hiſtoriâ conſtet Periclem autoritatem Areopagi prorsùs labefactaviſſe, & in decurſu orationis mentio fiat hujus autoritatis partìm ſaltem reſtitutæ, videtur eam orationem fuiſſe dictam & ſcriptam aliquot annis poſt Periclem, anno antè Chriſtum 425 vel 424.

ΛΥΣΙΟΥ

ΛΟΓΟΙ.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΠΕΡΙ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ δικάσαντας ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου οὗ πράγματος γενέσθαι, οἷοι περὶ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ ἦτε τοιαῦτα πεπονθότες. Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε ἣν περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ὀπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοίη· ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ὀπιτηδευόντων τὰς ζημίας μικρὰς ἡγοῖσθε. Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. Περὶ τούτου γὰρ μόνου οὗ ἀδικήματος ἐν δημοκρατίᾳ ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ ἡμωρία τοῖς ἀθανεσάτοις

[lineâ 3 & 4.] Sunt viri doctiores qui ità legunt & distingunt, αὐτοῖς εἴητε, τοιαῦτα πεπονθότες. Utraque lectio potest probari.

LYSIÆ ORATIONES.

DE CÆDE ERATOSTHENIS DEFENSIO.

EXORDIUM.

PLURIMI ſanè facerem, ô viri, ſi vos tales in meâ causâ nactus forem judices, quales in veſtrâ futuri eſſetis, ſi fortè hæc & vobis illata eſſet contumelia. Novi enim quòd, ſi de aliis pariter animati ſitis atque de vobismetipſis, nemo veſtrûm foret qui ob ejuſmodi facinora non graviter ſuccenſeret; verùm pœnas quæ in homines his ſtudiis deditos ſtatuuntur judicaret leviſſimas. Neque hæc apud vos ſolùm ſic judicata forent, ſed & in Græciâ universâ. De hoc enim delicto ſolo, ſive in democratiâ, ſive in oligarchiâ, eadem vindicta decernitur tenuiſſimis

[l. 8.] Vulg. μακρὰς, emendavi juxtà Stephanum μικράς. Pro ἡγεῖσθε in vulgatâ dedi juxtà eumdem ἡγοῖσθε, quod dat etiam Codex Sangermanenſis.

[l. 12.] Antè ὀλιγαρχίᾳ addidi ἐν quod evidenter deeſt.

πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται· ὥστε τὸν χείριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῶν βελτίστων. Οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτῃ τῇ ὕβρει ἅπαντες ἀνθρωποι δεινοτάτῃ ἡγοῦνται.

5 Περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐδένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅστις οἴεται δεῖν συγγνώμης τυγχάνειν, ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται, τοῦ τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους. Ἡγοῦμαι
10 δὲ, ὦ ἄνδρες, τοῦτο με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνῳ τε διέφθαρε, καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς ἠδίκει, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβριζεν, εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. Καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν,
15 πλὴν ταύτης· οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς, πλὴν τῆς κατὰ νόμους δικαιοσύνης. Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων,
20 ἀλλὰ λέγων τἀληθῆ. Ταύτῃ γὰρ ἐμαυτῷ μόνῳ ἡγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν δυνηθῶ ἅπαντα τὰ πεπραγμένα.

[l. 1.] Πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους, ad verbum interpretare non, adversùs eos qui maximâ pollent potentiâ; sed, in comparatione eorum qui. . . .

[l. 2.] Τῶν αὐτῶν, sub. τῶν δικαίων.

ſicut & potentiſſimis, ità ut infimus quisque idem jus obtineat atque ille qui fuerit præſtantiſſimus: adeò, Athenienſes, hæc injuria ab omnibus hominibus pro graviſſimâ habetur.

De magnitudine igitur pœnæ ſumendæ vos omnes idem ſentire arbitror, neque quemquam ità ſocordi eſſe animo ut vel ignoſcendos eſſe putet vel leviter puniendos, qui iſtiuſmodi flagitia perpetrant. Exiſtimo autem, ô viri, hæc mihi nunc eſſe demonſtranda, Eratoſthenem meam uxorem conſtupraviſſe, atque adeò illam adulterii labe, liberos meos ſummo dedecore, meque inſigni contumeliâ affeciſſe, in ædes meas pro mœcho ingredientem. Porrò mihi cum illo nullæ interceſſerunt inimicitiæ præter has unicas; atque hæc quæ à me facta ſunt non lucri gratiâ feci ut ex paupere fierem dives, neque cujuſlibet emolumenti causâ, niſi ut legibus conceſſam vindictam ſumerem. Ego igitur à principio omnes meas rationes exponam, nihil prorsùs omittens, ſed quæ vera ſunt elocutus. Namque eam demùm ſalutem mihi ſolam proponi video, ſi vobis omnia quæ geſta ſunt declarare potuerim.

[l. 5.] Pro ζημίας Reiskius velit reponi ὕβρεως, ſed non rectè. Sic enim procedit orator: injuria de quâ agitur graviter puniri debet ſi verè illata eſt; atqui verè illata eſt; id quod mox probare intendit, ἡγοῦμαι δὲ . . . .

Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι, καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὔπω διενείμην ὥστε μήτε λυπεῖν, μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν· ἐφυ-
5 λαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ περιεῖχον τὸν νοῦν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν. Ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον ἤδη, καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι,
10 πασῶν ἦν βελτίστη· καὶ γὰρ οἰκονόμος δεινὴ, καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα· ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κακῶν ἀποθανοῦσα αἰτία μοι γεγένηται. Ἐπὶ ἐκφορὰν γὰρ αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνὴ, ὑπὸ
15 τούτου οὗ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ ἠφανίσθη. Ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν, καὶ λόγους προσφέρων, ἀπώλεσεν αὐτήν.

Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, (δεῖ γὰρ καὶ ταῦθ'
20 ὑμῖν διηγήσασθαι) οἰκίδιον ὀξύ μοι διπλοῦν, ἴσα

[l. 4.] Θέλοι, cod. Sang. θέλῃ.

[l. 13 & 14.] Post ἐκφορὰν deest in vulg. γὰρ, addidi cum codd. B & Sang.

[l. 15.] Τούτου, nempè, Eratosthenis. Hîc pronomen οὗτος, sicut millies alibi, & quemadmodum ISTE la-

NARRATIO.

1°. Ego enim, judices, ubi decrevi nuptias contrahere, & uxorem domum duxeram, per reliquum quidem tempus ità me geſſi ut neque huic moleſtias crearem, neque eam omninò penes eſſet quæcumque vellet agere: at, quantùm fieri potuit, ego obſervabam diligenter, & animum, uti par erat, advertebam. Quum autem puer nobis natus eſſet, tùm verò confidens omnia mea illi in manus credidi, nullam conjunctiorem neceſſitudinem fieri poſſe exiſtimans. Ac primùm, Athenienſes, mulier erat omnium optima, ſiquidem materfamiliâs prudens & frugi omnia adminiſtrabat quàm accuratiſſimè. Sed quum mater mea diem obiit, omnium malorum ea mors mihi fons & origo fuit. Elato enim corpore, quum uxor in funus prodiret, ibi ab Eratoſthene conſpecta ſensìm corrumpitur. Hic nempè obſervatâ ancillâ quæ ad forum itabat, eamque ſermonibus aggreſſus, heram perdidit.

2°. Principio igitur, viri, (nam & hæc vobis narrare oportet) ædicula mihi eſt bipertita, cujus

---

tino ſermone, de eo intelligi debet contrà quem lis intenditur.

[l. 18.] Αὐτὴν, ſcilicet, uxorem rei.

ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ τὴν ἀνδρωνῖτιν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν· ἵνα δὲ μὴ, ὁπότε λούεσθαι δέοι, κινδυνεύοι καὶ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διητώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. Καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπιοῦσα κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν πτωχὸν αὐτῷ διδῷ, καὶ μὴ βοᾷ. Καὶ ταῦτα πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα· ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥστε ὤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει.

Περιόντος δὲ οὐ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως δὲ ἀγρῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, τὸ παιδίον ἐβόα καὶ ἐδυσκόλαινεν, ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ὀπίσθεν λυπούμενον ἵνα ταῦτα ποιῇ· ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν· ὑστερον γὰρ ἅπαντα ἐπυθόμην. Καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπέναι ἐκέλευον, καὶ δοῦναι τῷ παιδὶ τὸν μαστὸν ἵνα παύσηται κλαίων. Ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα ἥκοντα δὴ δεῦρο χρόνου· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπέναι· ἵνα σύ γε, ἔφη, πέρας ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἵλκες αὐτήν. Κἀγὼ μὲν ἐγέλων· ἐκείνη δὲ

[l. 1 & 2.] Sensus potest elici ex textu ut se habet;

ſuperiora magnitudine reſpondent inferioribus, ac altera viris, altera fœminis, deſtinata ſunt. Quum autem puerum qui nobis erat lactaret mater, ne, quoties eum lavatum ire oporteret, quidquam periclitaretur uxor per ſcalas deſcendens, ego ſuprà, mulieres infrà, habitavimus. Jamque id adeò conſuetum erat ut uxor ſæpiùs infrà diſcederet dormitura ad puerum, quò illi porrigeret ubera ne vagiret. Hoc diutiùs obtinuit, neque ego interea quidquam mali ſuſpicabar, ſed tàm ſimplici eram ingenio ut meam uxorem omnium in civitate fœminarum pudiciſſimam eſſe crediderim.

3°. Interjecto tempore, judices, redii rure inſperatus; atque à cœnâ vagiebat puer & quiritabatur, quippè quem ancilla datâ operâ contriſtavit ut hæc faceret: homo enim intùs erat, namque poſtea rem intellexi. Ego uxorem juſſi abire pueruloque mammas præbere quò ille vagire deſineret. Nolebat illa primùm, quaſi cupidè me conſpicata poſt diutinam moram in ædes reverſum. Ubi verò ſtomachabar & inſtabam ut abiret; nimirùm, inquit, ut tu hîc ancillam tentes, ſicut & nuper ebrius trahebas. Ridebam ego; illa aſſur-

---

ſed velim legi juxtà Reiskium τοῖς κάτω· ἄνω τὴν γυναικωνῖτιν, ϗ κάτω τὴν ἀνδρωνῖτιν. Ceterùm ad τὰ ἄνω ſubaudi κατά.

[l. 24.] Codd. A, B & Sang. εἵλκες, Ald. εἵλκεν.

ἀνασᾶσα ⲧ ἀπῖσα προσπίθησι τ θύραν, προσποιουμένη παίζειν, ⲧ τ κλεῖν ἐφέλκε).

Κἀγὼ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος, οὐδ' ὑπονοῶν ἐκάθευδον ἄσμενος, ἥκων ἐξ ἀγροῦ.

5 Ἐπεὶδὴ ὄ ἦν πρὸς ἡμέραν, ἧκεν ἐκείνη ⲧ τ θύραν ἀνέῳξεν. Ἐρομένου δέ μου τί αἱ θύραι νύκτωρ φοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον ὑποσβεσθῆναι τὸν πρὸς τῷ παρδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων ἀνάψαθαι. Ἐπιώπων ἐγὼ, ⲧ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἡγούμην.

10 Ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐμμμυθιῶδες, ὃ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριακονθ' ἡμέρας. Ὅμως δ' οὐδ' οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ ὃ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχόμην ἔξω σιωπῇ.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ

15 γιγνομένου, ⲧ ἐμοῦ πολὺ ὑπολελειμμένου τῆς ἐμαυτοῦ ηκικῶν, προσέρχεταί μοι τὶς πρεσβύτις ἄνθρωπος, ὑπὸ γυναικὸς ὑπεμφθεῖσα ἣν ἐκεῖνος ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον ἤκουον· αὐτὴ δὲ ὀρκιζομένη, ⲧ ἀδικεῖσθαι νομίζουσα ὅτι οὐκ ἔτι

20 ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐτὴν, ἐφύλαττεν, ἕως ἐξεῦρεν ὅ,τι εἶη τὸ αἴτιον. Προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς, ὑπεκρούσα· Εὐφίλητε, ἔφη, μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι με νόμιζε πρὸς σοῦ. Ὁ γὰρ

[l. 21 & 22.] Construe ἐγγὺς cum τῆς οἰκίας.

gens protinùs & egressa, ostium post se adduxit quasi per ludum, exemitque clavem.

Ego nihil prorsùs cogitans, nihil suspicans, suaviter dormiebam, utpote qui ex agro redierim. Ubi cœpit luceſcere, venit illa, foresque aperuit. Quum sciscitarer undè januæ noctu crepuerint, ait lucernam quæ juxtà puerum erat casu fuisse extinctam, quam se ex viciniâ accendisse. Obticui, & ità se rem habere arbitrabar. Cerussâ autem, Athenienses, mihi videbatur oblini ejus facies, quanquam ipsius frater vix triginta diebus obierat. Sed neque sic quidquam de re locutus, foras abii silens.

4°. Post hæc, ô viri, quum plusculum temporis intercessisset, & meæ domesticæ calamitates me longè fugerent, ad me accedit vetula quædam, submissa à muliere quâcum ille consueverat, ut ego deinceps intellexi. Illa quippè irata & injuriosè secum agi reputans quòd ad se is, ut olim, non ventitaret, observabat, donec quid causæ esset resciverit. Me igitur juxtà ædes meas præstolata anus, compellans: Euphilete, ait, ne me ad te accedere putes ex nimiâ aliquâ curiositate: iste homo qui

---

[l. 24.] Πρὸς σῷ, subaudi οἰκίαν, Stephanus proponit πρός σε.

ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ & τὴν σὴν γυναῖκα, ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει. Ἐὰν οὖν λάβῃς τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς ἀγορὰν βαδίζουσαν & ἀκουσῶσαν ὑμῖν, & βασανίσῃς, ἅπαντα πύθῃ. Ἔστι δ', ἔφη, Ἐρατοσθένης οἴηθεν ὁ ταῦτα πράττων, ὃς οὐ μόνον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν, ἀλλὰ & ἄλλας πολλάς· ταύτῃ γὰρ τὴν τέχνῃ ἔχει. Ταῦτα εἰποῦσα, ὦ ἄνδρες, ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη. Ἐγὼ δὲ εὐθέως ἐταραττόμην, & πάντα με εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, & μεσὸς ἦν ὑποψίας· ἐνθυμούμενος μὴ ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ, ἀναμιμνησκόμενος ἅ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐφόρει ἡ μέταυλος θύρα & ἡ αὐλειος (ὃ οὐδέποτε ἐγένετο), ἔδοξε τέ μοι ἡ γυνὴ ἐμμυθιῶσθαι· ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, & μεσὸς ἦν ὑποψίας.

Ἐλθὼν ἅ οἴκαδε, ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν. Ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τοὺς ὀπτηδείων τινά, ἔλεγον ὅτι ἐγὼ πάντα εἴλω πεπυσμένος τὰ γινόμενα ἐν τῇ οἰκίᾳ. Σοὶ οὖν, ἔφην, ἔξεστι δυοῖν ὁποτέρων βούλει ἑλέσθαι, ἢ

[l. 1.] Σὴν abest à vulgatâ, adjeci ex autoritate codicum B & Sang.

[l. 5.] Editio Stephani habet οἴκοθεν, reposui οἴηθεν quod is haud rectè ejecerat. Οἴηθεν ab Οἴη quod est demus Atticus.

te tuamque uxorem contumeliâ affecit, nobis quoque eſt inimicus. Si comprehenderis ancillam quæ itat ad forum & miniſtrat vobis, quæſtionemque habueris, totam rem cognoſces. Eſt autem, inquit Eratoſthenes, qui non tuam ſolummodò uxorem, ſed & alias quoque benè multas, conſtupravit: hanc enim artem exercet. Hæc locuta, Athenienſes, abiit: ego verò turbatus ſum, omniaque mihi in mentem ſimul venere, & ſuſpicionum plenus cogitabam me in cubiculo fuiſſe occluſum, recordabar illâ nocte crepuiſſe utramque januam, interiorem & anticam, quod nunquàm anteà factum eſt, ac demùm uxor mihi viſa fuit ceruſſata: hæc, inquam, omnia mihi in mentem venere, & eram ſuſpicione plenus.

5°. Domum reverſus juſſi ancillam me ſequi in forum. Quam quum ad meorum familiarium quemdam adduxiſſem, dixi me omnia quæ domi fiebant planè perſpecta habere. Tibi igitur, inquiebam, ex duabus utram malis conditionem licet

---

[l. 13.] Harpocratio ad vocem μέταυλος, videtur accepiſſe μέταυλος θύρα de januâ quam dicimus gallicè, porte de la cour.

[l. 15.] Ταῦτα μὲν πάντα.... repetit hæc orator quæ mox dicta ſunt quaſi reſumendo ſe. Gallicè diceremus, tout cela, dis-je, me revenoit à la fois dans l'eſprit, &c.

μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπέσειν, καὶ μηδέποτε παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ καταφοῦσαν ἅπαντα τἀληθῆ, μηδὲν παθεῖν κακόν, ἀλλὰ συγγνώμης παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν ἡμαρτημένων. Ψεύσῃ δὲ μηδὲν, ἀλλὰ πάντα τἀληθῆ λέγε. Κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ,τι βούλομαι· οὐδὲν γὰρ εἰδέναι. Ἐπειδὴ δ' ἐγὼ ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη, ἡγησαμένη με πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. Καὶ τότε ἤδη πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακὸν, κατηγόρει, πρῶτον μὲν ὡς μὴ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ πρεσβύοι· ἔπειτα ὡς αὐτὴ τελευτῶσα εἰσαγγείλειε· καὶ ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ πειθοίη· καὶ τὰς εἰσόδους, οἷς τρόποις πρεσβύοι· καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου· καὶ τἄλλα τὰ γιγνόμενα πάντα ἀκριβῶς διηγήσατο. Ἐπειδὴ δ' πάντα εἴρητο αὐτῇ, εἶπον ἐγώ· Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πύθηται, εἰ δὲ μὴ, οὐδέν σοι κύριον ἔσται

[l. 14.] Πρεσβύοι, nempè, Eratosthenes. Vulg. habet αὐτῇ. Αὐτῇ, sibimetipsi ancillæ. Deindè αὐτῇ uxori Eratosthenis, heræ suæ.

[l. 15 & 16.] Vulg. προσθείη, emendavi πειθείη juxtà Reiskium. Deindè, τὰς εἰσόδους regitur à κατηγόρει eligere,

eligere, aut verberibus cæsam in pistrinum præcipitem dari nunquam eximendam à laboribus, aut quæ vera sunt indicantem nihil quidquam mali perpeti, at noxarum tuarum à me consequi veniam. Cave autem mentiare, sed omnia eloquere quæ vera sint. Illa primùm negabat firmiter, meque exequi jubebat quodcumque animo collibitum esset meo: se enim nihil conscire. Quum verò Eratosthenem nominavi, atque illum dixi ventitare ad uxorem meam, tunc valdè perculsa est, existimans me totam rem ut gesta erat compertam habere. Ac tùm demùm ad genua mea procidens, fide à me acceptâ se nihil quidquam mali passuram, indicium fecit; primùm, ut homo post exequias se congressus fuerit, deindè, ut ipsa post aliquot moras illius sermones ad heram tulerit, ut hera tandem persuasa sit, quibus viis modisque ille ad hanc accesserit; quo pacto in Thesmophoriis, dùm ego rure degebam, uxor mea profecta fuerit ad Minervæ templum matre illius comitante; & omnia alia quæ gesta erant accuratè enarravit. Facto indicio, cave, inquiebam, quisquam à te rem resciscat, aliter quæ inter nos convenere,

---

quod præcessit.

[l. 16 & 17.] Θεσμοφορία erant festa Athenis in honorem Cereris celebrata magno cum apparatu. Deindè τὸ ἱερὸν sine additamento intelligebant Attici, templum Minervæ.

τῷ πρὸς ἐμὲ ὡμολογημένων. Ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων, ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴπερ οὕτως ἔχει. Ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν. Καὶ μετὰ ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι τέσσαρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω. Πρῶτον δὲ διηγήσασθαι βούλομαι τὰ πραχθέντα τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ.

Σώκρατες ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος· τούτῳ ἡλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντησα. Εἰδὼς δ' ἐγὼ ὅτι πλουσιαῖτα ἀφιγμένος, οὐδὲν ἂν καταλήφοιτο οἴκοι τῶν ἐπιτηδείων, ἐκέλευον συνδειπνεῖν· καὶ ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπῶρῳον ἐδειπνοῦμεν. Ἐπειδὴ ἐκαλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκεῖνος μὲν ἀπιὼν ᾤχετο, ἐγὼ δ' ἐκάθευδον.

Ὁ δ' Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες, εἰσέρχεται· καὶ ἡ θεράπαινα ἐπεγείρασά με εὐθὺς, φράζει ὅτι ἔνδον εἰσί. Κἀγὼ εἰπὼν ἐκείνῃ ἐπιμελεῖσθαι τῆς θύρας, καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦ-

---

[l. 1.] Τῶν πρὸς ἐμὲ ὡμολογημένων subaudi σοὶ, & intellige per enallagen quasi diceretur τῷ πρός σε ἐμοὶ ὡμολογημένων.

[l. 6 & 7.] Ὡς ἐγὼ μεγάλοις τεκμηρίοις ἐπιδείξω. Frustrà quæruntur in ipso orationis decursu magna hæc argumenta quæ reus promittit. Undè suspicatur Taylorus

prorsùs irrita erunt. Volo autem te mihi hæc reipsâ commonſtrare; nihil mihi verbis opus eſt; oportet rem manifeſtò videam, utrùm ità ſe habeat. Id omne illa in ſe recepit. Poſt hæc, interceſſerunt dies quatuor vel quinque, ut vobis ego validiſſimis argumentis oſtendam. Ac interea proloquar quæ ultimo die facta ſunt.

6°. Soſtratus erat amicus mihi & familiaris: huic ſub veſperam ex agro revertenti obviàm factus, ſciensque tàm ſerò redeuntem nihil eorum quæ neceſſaria erant nacturum, juſſi mecum cœnaret. Domum igitur ad me profecti & in ſuperiora conſcendentes, cœnavimus. Quum verò ille benè ſe curaverat, domum abiit, ego autem cubitum ivi.

At Eratoſthenes, ô viri, ingreditur, & ancilla ſtatìm mihi excitato narrat hominem intùs eſſe. Quam ubi admonui ut januam ſervaret diligenter, deſcendo, & foràs exeo tacitè. Ad hos atque illos

---

hanc eſſe mutilam, & multa in eâ deeſſe.

[l. 9.] Vulg. & Ald. habent Σώσαςρος, dedi Σώςρατος, quod infrà legitur, & quod dant etiam codices A, B, & Sang.

[l. 12.] Τῶν ἐπιτηδείων, in neutro genere, rerum neceſſariarum.

μαι εἰς τὸν ⁊ τόν· ⁊ τοὺς μὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον, τοὺς δὲ οὐκ ὀπιδημοῦντας εὗρον. Παραλαβὼν δ' ὡς οἷόν τε ἦν πλείους ἐκ τῶν παρόντων, ἐβάδιζον· ⁊ δᾷδας λαβόντες ἐκ τοῦ
5 ἐγγυτάτου καπηλείου, εἰσερχόμεθα, ἀνεῳγμένης τῆς θύρας, ⁊ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης. Ὥσαντες δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου, οἱ μὲν πρῶτον εἰσιόντες, ἐπ' εἴδομεν αὐτὸν καθαπείμενον παρὰ τῇ γυναικί· οἱ δ' ὕστερον, ἐν τῇ κλίνῃ
10 γυμνὸν ἑστηκότα. Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, πατάξας καταβάλλω αὐτὸν, ⁊ τὼ χεῖρε πρεμαγαγὼν εἰς τοὔπισθεν, ⁊ δήσας, ἠρώτων μετὰ τί ὑβρίζει, εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. Κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ ⁊ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεί-
15 ναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξαιτο. Ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι, οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος, ὃν σὺ παραβαίνων, πρὸς ἐλάττονος τοῦ ἡδονῶν ἐποίησας, ⁊ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν,
20 ⁊ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, ⁊ κόσμιος εἶναι.

Οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν ὧν ⁊ νόμοι κελεύουσι τοὺς τοιαῦτα πράττοντας· οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ὑπὸ

[1 & 2.] Vulg. καὶ τοὺς μὲν ἔνδον καλέλαβον. Emen-

quum venissem, erant quos domi non offendi, erant etiam quos peregrè profectos intellexi. Sumptis ex iis qui aderant quàm plurimis, redeo; & faces nacti ex cauponâ quæ erat in viciniâ, ingredimur, januis apertis & à muliere servatis. Tùm verò protrusis foribus cubiculi, qui primi nostrûm ingressi fuimus, hominem conspeximus unà cum uxore accubantem, qui seriùs, nudum in lecto stantem. Equidem, Athenienses, eum ictu prosterno, & manus post tergum reducens & vinciens, interrogavi quare tàm contumeliosè egisset, domum meam pro mœcho ingressus. Ille confessus factam à se fuisse injuriam, suppliciter me orabat ne se interficerem, at pecuniam uti exigerem. Respondi, non ego te interficiam, sed interficiet lex civitatis quam tu præ voluptate contempsisti, & maluisti tale facinus patrare adversùs meam uxorem liberosque meos, quàm legibus obtemperare, atque intrà præscriptum vivere.

CONFIRMATIO.

Ità, ô viri, ea ille consecutus est quæ lex eos consequi velit qui talia facinora perpetrare sustinent, non correptus è viâ, neque ad focum con-

---

davi juxtà id quod legitur inferiùs p. 32, l. 3.

[l. 12.] ὑβρίζει intellige absolutè, insolenter agit.

τὴν ἑστίαν καταφυγὼν, ὥςωρ ἔτοι λέγουσι· πῶς γὰρ ἂν; ὅςτις ἐν τῷ δωματίῳ πληγεὶς κατέπεσεν δυθύς· ωδιέςρεφα δ' ἀπὸ τοῦ χείρος. Ἔνδον δὲ ἦσαν ἄνθρωποι ζοσοῦτοι ὃς ἀφαφυγεῖν οὐκ ἠδύ-
5 νατο, ὅτε σίδηρον, ὅτε ξύλον, ὅτε ἄλλο ὀδὲν ἔχων ᾧ οὗ εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο. Ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οἶμαι ζ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι οἱ μὴ τὰ δίκαια ωεάττοντες, ὀχ ὁμολογοῦσι οὗ ἐχθρὸς λέγειν τἀληθῆ· ἀλλ' αὐτοὶ φευδόμενοι, ζ τὰ
10 ζιαῦτα μηχανώμενοι, ὀργὰς τοῖς ἀκούουσι κατὰ τῶν τὰ δίκαια ωεαττόντων ωδαρασκευάζουσι. Πρῶτον μὲν ὃν ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ. *

Οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει
15 ἀδικεῖν· ζ ὅπως μὴ μὴ ἀποθάνῃ ἀντιβόλει ζ ἱκέτευεν, ἀποτίνειν δ' ἕτοιμος ἦν χρήματα. Ἐγὼ δ' τῷ μὲν ἐκείνου ἡμέρᾳ ὀ συνεχώρουν, τὸν δ' τῆς πόλεως νόμον ἠξίουν εἶ κυριώτερον, ζ ταύτῃ ἔλαβον τὴν δίκην ἣν ὑμεῖς δικαιοτάτῃ εἶ
20 ἡγησάμενοι τοῖς τὰ ζιαῦτα ὑπηδίκοσιν ἐτάξατε. Καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

[l. 2.] Vulg. ποδηγὴς quod aliqui explicant, pedibus è lecto tractus; ſed dedi juxtà mentem doctiorum & Codicis B autoritatem, πληγείς.

* Uſus invaluit in græcis editionibus veterum oratorum, ut quoties nuntiantur recitanda eſſe, vel lex, vel

fugiens, ut isti prædicant. Quo pacto enim potuit, qui statìm in cubiculo concidit à me perculsus? Manus autem à tergo revinxi, ac tot homines intùs erant quos ille effugere non poterat; jam neque ferro, neque fuste, neque telo quolibet armatus fuit quo se adversùs ingressos defenderet. At, Athenienses, vos omnes scire existimo, viros facientes injusta non fateri adversarios suos vera dicere, sed, mendaciis & pravis artibus instructos, animos audientium contrà eos qui justa faciunt irritare. Primùm igitur recita legem.

L E X.

I. Non negabat, ô viri, injuriam, sed confitebatur; meque enixè rogabat ne se interficerem, & mortem paratus erat pecuniâ redimere. Ego verò æstimationi illius non concessi; at civitatis legem potiorem esse existimans, eas demùm pœnas sumpsi quas ipsi vos statuistis contrà talium facinorum autores, tanquam justissimas. Et horum mihi testes ascendite.

---

testimonium, vel aliquod ejusmodi, quamvis id non compareat quod recitandum est, ejus tamen titulus scribatur. Ità hîc loci, quamvis non compareat lex recitanda, scribitur titulus NÓMOΣ, quum scribi debuisset non titulus LEX sed historicè duntaxat legem hîc recitatam fuisse. Huic ego mori obsecutus sum, licet eum non rectè se habere intelligerem.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου.

ΝΟΜΟΣ.

Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται οὗ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαῤῥήδην εἴρηται, τοῦτον μὴ καταγνώσκειν φόνου, ὃς ἂν ὅτι δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν, ταύτῃ τὴν ὑμωείαν ποιήσηται. Καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ὅτι τῆς γαμετῆς γυναικὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ὅτι τῆς παλλακῆς τῆς ἐλάττονος ἀξίας τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. Καίτοι δῆλον ὅτι εἴ πνα εἶχε ταύτης μείζω ὑμωείαν, ὅτι τῆς γαμετῆς ἐποίησεν ἄν· νῦν δ' οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείνας ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ὅτι τῆς παλλακῆς ἠξίωσε γίνεσθαι. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον.

[l. 1.] Pro ΜΑΡΤΥΡΊΑΙ prætuli ΜΆΡΤΥΡΕΣ, quod reperi in codice Sang. Sed posset utcumque servari μαρτυρίαι, quum in usu esset ut vel ipsi testes sua proferrent testimonia, vel eorumdem, ipsis præsentibus, testimonia legerentur.

[l. 2.] Hîc τοῦτον τὸν νόμον, ut infrà & millies alibi

TESTIMONIA.

Recita & mihi legem ex Areopagi curiâ in columnâ inſcriptam.

LEX.

Auditis, Athenienſes, ſenatui areopagitico, cui cùm patrium fuit, tùm veſtrâ memoriâ redditum eſt, de cæde judicare, diſertìm eſſe preſcriptum, eum hominem ne cædis condemnent, qui mœchum deprehendens propè ſuam ipſius uxorem, iſtiuſmodi pœnas ſumpſerit. Atque ità firmiter exiſtimavit legiſlator hæc juſta eſſe & æqua de uxoribus legitimis, ut etiam de pellicibus, minore certè pretio dignis, eadem ſtatuerit. Atenim manifeſtum eſt quòd ſi ullas pœnas graviores habuiſſet, eas utique ſtatuiſſet pro uxoribus: jam autem quum pro his non potuerit graviores excogitare, eaſdem pro uxoribus & pro pellicibus irrogare placuit. Recita & aliam legem.

ſignificat legem quam is qui loquitur ſcribæ indigitat.

[l. 4.] Addidi titulum NÓMOΣ, qui deeſt in vulg.

[l. 6.] Vulg. ἐφ' ὑμῖν, emendavi cum codd. B & Sang. ἐφ' ὑμῶν, veſtris temporibus. Conſtat ex hiſtoriâ magnoperè labefactatam eſſe ſenatus areopagitici autoritatem, nec pleniſſimè reſtitutam fuiſſe, ſed ipſi ſaltem redditum jus de cæde cognoſcendi.

[l. 8.] Τοῦτον καταγινώσκειν φόνου, locutio inverſa pro τούτου καταγινώσκειν φόνον.

ΝΟΜΟΣ.

Ἀκούετε, ἄνδρες, ὅτι κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δ' γυναῖκας, ἐφ' αἷς ἂν οὗτ-
5 πείσωντας ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεται. Οὕτως, ὦ ἄνδρες, οὗτ βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ οὗτ πείθοντας. Τῶν μὲν δὴ θάνατον καὶ λέγω, τοῖς δ' διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην· ἡγούμενος, οὗτ μὲν διαφθειρομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιαθέντων μισεῖσθαι· οὗτ δ'
10 πείσωντας, ὅτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι, καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι ὁπότερον τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν μοιχῶν. Ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον πιθεὶς, θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν.

Ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευ-
20 κότες ταύτῃ τὴν δίκην λαμβάνειν· ἐν ὑμῖν δ'

[l. 3.] Pro διπλῶν in vulg. lego διπλῆν cum cod. B, ſicuti infrà legitur. Ceterùm videatur in verſione meâ quomodo explicavi διπλῆν.

[l. 4, 5 & 6.] Vulg. habet, ἐὰν δὲ γυναῖκας ἐφ' αἷς ἂν ἀποκτείνειν ἔξεστιν, quod quum nullum omninò

Lex.

Auditis, ô viri, legem jubere ut, si quis virum ingenuum aut puerum vi constupraverit, mulctam luat duplam *ejus quam luisset servo duntaxat constuprato*; si autem mulieres, propè quas eos fas sit occidere qui ipsas blanditiis persuasit, eamdem mulctam luat. Adeò, Athenienses, qui vi aggrediuntur, eos legislator minori pœnâ dignos esse existimavit quàm qui blanditiis. Hos enim capite damnavit, illis duplam mulctam inflixit, arbitratus eos qui vi rem perficiunt, iis odio haberi quibus vis infertur: qui verò blanditiis, eorum animos ità penitùs viciare, ut alienas nimirùm uxores sibi benevolentiores reddant quàm maritis, ut tota jam domus penes ipsos sit, ut denique liberi incertâ conditione nascantur, utrùm scilicet ad maritum pertineant an ad mœchum. Quibus de causis legislator pœnam mortem statuit.

II. Me igitur, ô viri, non solùm crimine absolvunt leges, verùm etiam jusserunt ut has pœnas repeterem: jam verò in vobis situm est utrùm

---

sensum exhibeat, emendavi juxtà Reiskium ut nunc legere est. Ad γυναῖκας sub. αἰσχύνη βίᾳ. Ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι, iisdem pœnis teneri, nempè, quibus tenentur ii qui hominem vel puerum liberum vi stuprârunt.

[l. 11.] Αὐτῶν, scilicet, τῆς πειθειῶν.

ὀρθὴ πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. Ἐγὼ μὲν οἶμαι πάσας τὰς πόλεις διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι, ἵνα πρὸς ὧν ἂν πραγμάτων δεόμεθα, πρὸς τούτους ἐλθόντες σκεψώμεθα ὅ,τι ἡμῖν ποιητέον ἐστίν. Οὗτοι τοίνυν πρὸς τῶν βιούντων τοῖς ἀδικουμένοις βιαίαν δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται· οἷς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν. Εἰ δὲ μή, τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὡς καὶ τοὺς κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι· εὖ εἰδότας ὅτι ἐὰν ταύτην αἰτίαν πρὸς ἑαυτῶν λέγωσι, καὶ ὅτι τούτῳ φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι, οὐδεὶς αὐτῶν ἅψεται. Πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τοὺς μὲν νόμους τῆς μοιχείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ψῆφον ὑμετέραν δεδιέναι· αὕτη γὰρ ὅτι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη.

Σκέψασθε, ὦ ἄνδρες. Κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετελθεῖν ἐκέλευσα τὸν νεανίσκον· ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, δίκαιον ἐμὲ ἂν ποιεῖν ἡγούμην, ὑπηρετοῦν βούλομαι τὸν τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν διαφθείραντα λαμβάνων. Εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων, ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου, μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον, ἠδίκουν ἄν· εἰ δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων, καὶ πολλάκις

[l. 2.] Post ἐγὼ addidi μὲν cum cod. B.

has leges ratas an irritas fieri oporteat. Equidem arbitror omnes civitates ideò leges perferre, ut si quibus de rebus ambigatur, ab iis consilium quærentes, quid nobis faciendum sit perspiciamus. Atqui illæ injuriâ affectos hujusmodi pœnas ab hujusmodi hominibus repetere hortantur; quibus & vos assentiri velim. Sin minùs, eam peccandi licentiam mœchantibus concedetis, ut fures etiam vestrâ facilitate adducti se mœchos profiteantur, persuasi nempè si ad eam causam confugiant, & idcircò se dicant in alienas ædes ingredi, neminem fore qui ipsos attigerit. Omnes enim sentient adulterii leges valere esse jubendum, vestram verò sententiam pertimescendam, utpote quæ sit gravissima & firmissima in hâc civitate.

III. Animadvertite, quæso, Athenienses. Me accusant quòd illo die jusserim ancilla juvenem arcesseret. Ego autem, ô viri, fas esse existimassem uxoris meæ stupratorem quovis modo deprehendere. Si enim, sparsis duntaxat rumoribus & re infectâ, jussissem arcessi, sanè peccassem. Verùm quum ille omnia jam perpetravisset, & in ædes

[1. 17.] Σκέψασθε, ὦ ἄνδρες. Reiskio assentior qui censet hîc nimis abruptam esse orationem & aliquid deesse.

εἰσελθλύθοτ@ εἰς τ᾽ οἰκίαν τ᾽ ἐμὴν, ᾧπνιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτὸν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην. Σκέψαθε δὲ ὅπ ⊂ ταῦτα ψεύδονταγ· ῥᾳδίως ᾖ ὀκ τῆϑ δὲ γνώσεϑε. Ἐμοὶ γὰρ, ὦ ἄν-
5 δρες, (ὅπωϑ ⊂ πρότερον εἶπον) φίλ@ ὢν Σώ-κρατ@ ⊂ οἰκείως ⲭρωμενιμένω, ἀπαντήσας ὀξ ἀγροῦ πρὸ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει, ⊂ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπῴχετο. Καίτοι πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε ὅπ, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ
10 νυκτὶ ἐγὼ ἐπεβούλευον Ἐρατοϑένει, πότερον ἦν μοι κρεῖττον αὐτῷ ἑτέρωϑι δειπνεῖν, ἢ τὸν συν-δειπνήσοντα εἰσαγαγεῖν. Οὕτω γὰρ ἂν ἦττον ἐτόλ-μησεν ἐκεῖν@ εἰσελθεῖν εἰς τ᾽ οἰκίαν. Εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν, τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεῖς, μόν@ κατα-
15 λειφθῆναι, ⊂ ἔρημ@ γενέϑαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μένειν, ἵνα μετ᾽ ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐπιμωρεῖτο; Ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, ὀκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ὀπιπ-δείοις μεϑ᾽ ἡμέραν πολλαγεῖλαι, ⊂ κελεῦσαγ αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς οἰκίαν πινὸς τῆϑ φίλων τῆϑ
20 ἐγγυτάτω, μᾶλλον ἢ, ἐπειδὴ τάχιστα ἠϑόμην, τῆς νυκτὸς πρωιτρέχειν, ὀκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι

[l. 6.] Οἰκείως, Ald. οἰκεῖος. Codd. A, B, & Sang. habent οἰκείως.

[l. 7.] Vulg. ἐπεὶ δὲ, legi ἐπειδὴ cum codd. B & Sang.

meas ſæpè fuiſſet ingreſſus, profectò me ſapienter egiſſe arbitrarer ſi quâcumque potui ratione illum deprehenderem. At videte iſtos & hæc comminiſci, quod ex hiſce argumentis facile erit judicare. Mihi enim, Athenienſes, ut jam dixi, Soſtratus, amicus meus & familiaris, ex rure obviàm factus ſub ſolis occaſum mecum unà cœnavit, & ubi ſe benè curaverat, domum abiit. Jam autem hoc primùm cogitate, ô viri, utrùm, ſi in illâ nocte Eratoſtheni inſidias ſtruxiſſem, mihi ſatius fuiſſet alibi cœnare, an convivam domum ducere; ità quippè effeciſſem ut adulter meas ædes intrare minùs auderet: deindè, an videar vobis, hoſpite dimiſſo, ſolus manſurus fuiſſe & omni auxilio deſtitutus, an potiùs juſſiſſe ut is maneret, & unà mecum pœnas exigeret ab adultero. Ad poſtremum, Athenienſes, nonne vobis videar amicis de die præcepiſſe, atque hortari ut in ædes familiaris cujuſdam in proximo convenirent, potiùs quàm, ubi illum intraſſe cognovi, per noctem diſcurrere, ignarus quem domi comperturus eſſem, quem

---

[l. 9.] Ὅτι abundat non vitiosè, ſed more græco & attico.

[l. 19.] Deeſt in vulg. τινὸς quod addidi ut neceſſarium.

καταλήψομαι καὶ ὅντινα ἕξω; Καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον, οὐκ ἐπιδημοῦντας· οὐ γὰρ ἤδειν· ἑτέρους δ' οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον· οὓς δ' οἷός τε ἦν λαβὼν, ἐβάδιζον. Καίτοι γε, εἰ προήδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν καὶ πρεάπον τας παρασκευάσασθαι, καὶ τοῖς φίλοις παραγεῖλαι, ἵν' ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσήειν (τί γὰρ ἤδειν εἴπι κἀκεῖνος εἶχε σιδήειον;) ὡς μὴ πλείστων δ' μάρτυρον τ' ἡμωείαν ἐποιούμιν; Νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἐσομένων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, οὓς οἷός τε ἦν παρέλαβον. Καί μοι ἀνάβητε τούτων πάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΊΑΙ.

Τῶν μὲν μάρτυρον ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· σκέψασθε δ' παρ' ὑμῖν αὐτοῖς οὕτως περὶ τούτου γ' πράγματος, ζητοῦντες εἴ τις ἐμοὶ καὶ Ἐρατοσθένει ἔχθρα πώποτε γεγένηται πλὴν ταύτης· οὐδεμίαν γὰρ δύρήσετε. Οὔτε γὰρ συκοφαντῶν γραφάς με ἐγράψατο, οὔτε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεχείρησεν, οὔτε ἰδίας δίκας ἐδικάζετο, οὔτε συνήδει κακὸν οὐδὲν, ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται, ἐπεθύμην αὐτὸν ἀπολέσαι, οὔτε, εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζόν με χρήματα λήψεσθαι· ἔνιοι γὰρ

[l. 1.] Dedi ex codd. B & Sang. καταλήψομαι pro καταλείψομαι in vulg.

verò

verò foris? Et ad Harmodium quidem atque alium quemdam poſtquam veni, eos peregrè profectos (id enim neſciebam), alios foris eſſe reperi: iis ſumptis quos potui, vadebam ad domum. Quòd ſi rem prævidiſſem, nonne vobis videar ſervos inſtruxiſſe & amicos præmonuiſſe, cùm ut ego tutiſſimè intrare poſſem, (quî enim noveram utrùm ille ferrum habuerit?) tùm ut pœnas coràm quàm plurimis ſumerem? Jam verò nihil eorum prævidens quæ in illâ nocte futura erant, quos potui adduxi mecum. Et mihi horum teſtes aſcendite.

TESTIMONIA.

IV. Teſtes audiviſtis, Athenienſes. Jam verò apud vosmetipſos ità de hâc re conſiderate, inveſtigantes utrùm mihi cum Eratoſthene ulla unquam interceſſerit ſimultas præter hanc ſolam. Nullam omninò reperietis. Nunquam ille mihi per calumniam lites neque publicas neque privatas intendit; nunquam me ex urbe ejicere molitus eſt; neque mihi ſcelus aliquod conſcivit, quod ego veritus ne quis reſciſceret, iſtius mortem expetivi; neque ex nece ipſi allatâ quæſtum aliquem expectabam:

[l. 8.] Mihi videtur ὡς jungendum cum πλείςων. Ὡς μετὰ πλείςων, coràm quàm plurimis.

[l. 10.] Adjeci ἐν antè ἐκείνῃ, ſicuti infrà adjicitur.

[l. 12.] Malim ΜΑΡΤΎΡΕΣ in titulo.

[l. 22.] Μὲ, vulg. μέν.

τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. Τοσούτου τοίνυν δεῖ ἡ λοιδορία, ἢ παρανομία, ἢ ἄλλη τις ἀμφορὰ ἡμῖν γεγονέναι, ὥστε οὐδὲ ἑωρακὼς ἦν τὸν ἄνθρωπον πώποτε πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Τί οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; Ἔπειτα, πολλαπλάσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι, εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι;

Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτην ψευδῆ τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης. Οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἥττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν, ἐὰν τοὺς ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. Εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον, τοὺς μὴ κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὴ φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι.

[l. 1.] Pro ἀλλήλοις malim ἄλλοις.

[l. 4.] Pro ἔτε in vulg. legi ἔδε.

[l. 16.] Vulg. ἐξαμαρτήσουσιν· ἐὰν δὲ ὑμᾶς, emendavi ut legitur, juxtà Marklandum, & eo magis quòd cod. B habeat quoque ἐὰν τοὺς ὑμᾶς.

nam horum causâ nonnulli sibi invicem exitium meditantur. Atenim tantùm abest ut convicium aliquod, vel temulenta rixa, vel alia quævis discordia inter nos fuerit, ut hominem in illâ nocte primùm viderim. Quâ igitur mente tantum adirem periculum, nî injuriâ longè omnium gravissimâ ab eo affectus fuissem? Deindè, an is sim qui cædem nefariam committerem advocatis testibus, quum mihi liceret, si illum injustè occidere voluissem, idem facere remotis testibus?

V. Equidem, Athenienses, eas pœnas quas sumpsi non ad me solum privatìm pertinere arbitror, sed ad universam civitatem. Nam qui ejusmodi facinora perpetrant, ubi viderint quænam sit futura merces hujusmodi flagitiorum, minùs promptè in alios peccabunt, si & vos videant eodem esse animo ac ipsi injuriâ affecti. Sin aliter sentiatis, præstat sanè abrogare leges positas & novas perferre, quæ suarum uxorum custodes vigilantissimos graviter mulctent, earumdemque stupratoribus magnam impunitatem concedant. Id

---

[l. 16 & 17.] Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας, eumdem animum habentes, nempè, ut addidi in versione meà, ac ipsi injuriâ affecti.

[l. 18.] Pro θεῖναι malim θέσθαι.

[l. 21.] Ἄδειαν, Ald. ἔνδειαν. Cod. B & Sang. habent ἀδειαν.

Πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον, ἢ ὑπὸ τῶν νόμων τοὺς πολίτας ἐνεδρεύεσθαι, οἳ κελεύουσι μὴν, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ,τι ἂν βούλῃ χρῆσθαι· οἱ δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθε-
5 στήκασιν ἢ τοῖς πρὸς τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταιχύνουσι γυναῖκας. Ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, κινδυνεύω, ὅτι τοῖς πόλεως νόμοις ἐπιτρέπω.

enim multò juſtius foret, quàm cives in inſidias duci à legibus, quæ jubent quidem ut, ſi quis adulterum deprehenderit, de eo ſtatuat ſuo libitu, majus tamen judicii periculum iis afferunt qui injuriam ſunt perpeſſi quàm iis qui præter leges uxores alienas dedecorant. Ego enim hodie in diſcrimen vitæ, fortunarum, aliarumque rerum omnium, venio, quòd civitatis legibus obtemperavi.

ANALYSIS
DEFENSIONIS
CONTRA SIMONEM.

PROPOSITUM.

SIMO quidam & is qui causam dicit, adamabant Theodotum quemdam, adolescentulum Platæensem : rixâ inter eos coortâ, verberârunt se invicem, & lapidibus ità se impetierant ut ipsis caput comminueretur. Simo, qui prior vim intulerat, adversarium & æmulum citavit ad Areopagi judices, tanquam qui ipsum graviter vulneraverat, & mortem ipsi inferre meditatus fuerat. Is defendere se aggreditur, & id planum facere intendit ipsum Simonem à quo accusatur injuriis se & verberibus lacessivisse.

Exordium.

Queritur reus de audaciâ Simonis qui, quum ipse vim intulerit, se reum agat de vi illatâ, & in eam necessitatem adducat, ut de injuriis loquatur quas paraverat æquo animo perferre. Dicit se multùm confidere tùm suâ ipsius innocentiâ, tùm æquitate judicum. Hos deprecatur ut bonam de se opinionem concipiant propter modestiam, magis quàm malam propter immodicum adolescentuli amorem.

Narratio.

Exponit 1°. primam Simonis violentiam qui in ædes ipsius per vim irrupit; 2°. quomodo idem aliquantò post ipsum foràs evocatum verberaverit & lapidibus impetierit, ità ut, talium posthac injuriarum evitandarum causâ, ceperit con-

ſilium peregrè cum adoleſcentulo proficiſcendi; 3°. quâ audaciâ vir improbus Athenas poſt tempus ſatis longum reverſos & ſe & adoleſcentem de integro aggreſſus fuerit; 4°. denique pugnam commiſſam fuſiùs enarrat, ac probat teſtibus Simonem fuiſſe injuriæ autorem, dicitque quâ iſte causâ impulsus fuerit ad ipſum coràm judicibus vocandum.

Confirmatio cum refutatione.

Contendebat accuſator ſe dediſſe trecentas drachmas Theodoto, ac reum per fallacias puerum ab ipſo alienaſſe, & in ipſius ædes per vim irrupiſſe ubi ipſum graviter vulneraverat. Reus accuſatorem refutat;

I. De trecentis drachmis Theodoto datis.

II. De eruptione in ædes ipſius.

III. Ex ipſis pugnæ circumſtantiis demonſtrat Simonem fuiſſe injuriarum provocatorem.

IV. Ideò arguit iſtum à ſe nullâ fuiſſe injuriâ læſum, nullis inſidiis petitum, quòd per totum quadriennium ſibi apud judices diem dicere non auſus fuerit.

V. Incuſat adverſarium quòd propter contentiones de amoribus & levia vulnera tàm atroces pœnas velit ab aliquo exigere.

VI. Concludit facinus aliquod accuſatoris commemorando per quod pateat qualis ille ſit, & ſe breviter commendando.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ

ΠΡΟΣ ΣΙΜΩΝΑ.

ΠΟΛΛΑ καὶ δεινὰ συνειδὼς Σίμωνι, ὦ βουλὴ, οὐκ ἄν ποτ' αὐτὸν εἰς τοσοῦτον τόλμης ἡγησάμην ἀφικέσθαι, ὥστε ὑπὲρ ὧν αὐτὸν ἔδει δοῦναι δίκην, ὑπὲρ τούτων ὡς ἀδικούμενον ἔγκλημα ποιήσασθαι, καὶ οὕτω μέγαν καὶ σεμνὸν ὅρκον διομοσάμενον εἰς ὑμᾶς ἐλθεῖν. Εἰ μὲν οὖν ἄλλοι τινὲς ἔμελλον περὶ ἐμοῦ διαγωνίσεσθαι, σφόδρα ἂν ἐφοβούμην τὸν κίνδυνον, ὁρῶν ὅτι καὶ πολλάκις καὶ τύχαι ἐνίοτε τοιαῦται γίνονται, ὥστε πολλὰ καὶ παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν τοῖς κινδυνεύουσιν· εἰς ὑμᾶς δ' εἰσελθὼν, ἐλπίζω τῶν δικαίων τεύξεσθαι.

Μάλιστα δ' ἀγανακτῶ, ὦ βουλὴ, ὅτι περὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν ἀναγκασθήσομαι πρὸς ὑμᾶς, ὑπὲρ ὧν ἐγὼ, αἰσχυνόμενος εἰ μέλλοιεν πολλοί μοι συνείσεσθαι, ἠνεσχόμην ἀδικούμενος. Ἐπειδὴ δὲ Σίμων με εἰς τοιαύτην ἀνάγκην κατέστησεν, οὐδὲν ἀποκρυψάμενος, ἅπαντα διηγήσομαι πρὸς ὑμᾶς τὰ πεπραγμένα. Ἀξιῶ δὲ, ὦ

DEFENSIO
CONTRA SIMONEM.

EXORDIUM.

QUUM multa & gravia flagitia à Simone perpetrata esse noverim, Senatores, nunquam putassem illum eò audaciæ processurum, ut quorum pœnas ipsum dare oportuit, de iis quasi injuriâ affectus accusationem institueret, & suscepto tanto & tàm gravi juramento ad vos accederet. Quòd si aliorum quorumdam fuisset de meâ causâ statuere, judicii periculum non mediocriter pertimuissem, quippe qui intellexerim machinationes & casus incertos ità aliquandò valere, ut multa reis præter opinionem eveniant; apud vos verò causam dicturus, spero me ea quæ justa sint fore consecuturum.

Commoveor autem potissimùm, Senatores, quòd necesse habeam coràm vobis dicere de iis vulneribus, quorum præ pudore, si multos mihi conscios essem habiturus, injurias æquo animo pertulissem. At quum Simo me in ejusmodi necessitatem conjecerit, omnia vobis exponam quæ gesta sunt, nihil prorsùs dissimulans. Postulo au-

βελὴ, εἰ μὴ ἀδικῶ, μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν· ἐὰν δὲ τούτων ἀποδείξω ὡς οὐκ ἔνοχός εἰμι οἷς Σίμων διωμόσατο, ἄλλως δὲ ὑμῖν φαίνωμαι ἀδικεῖν τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμαυτοῦ ἀνοητότερον πρὸς τὸ μειράκιον διατεθεὶς, αὐτοῦμαι ὑμᾶς μηδέν με χείρω νομίζειν· εἰδότας ὅτι ὑπὸ θυμῆσαι μὲ ἅπασιν ἀνθρώποις ἔνεστιν, οὗτος δὲ βέλτιστος ἂν εἴη καὶ σωφρονέστατος, ὅς τις κοσμιώτατα τὰς συμφορὰς φέρειν δύναται. Οἷς, ἐν ἅπασιν, ἐμποδὼν ἐμοὶ γεγένηται Σίμων οὗτος, ὡς ἐγὼ ὑμῖν ἐπιδείξω.

Ἡμεῖς γὰρ ἐπεθυμήσαμεν, ὦ βελὴ, Θεοδότου, Πλαταιικοῦ μειρακίου· καὶ ἐγὼ μὲν εὖ ποιῶν αὐτὸν ἠξίουν εἶναί μοι φίλον, οὗτος δὲ ὑβρίζων καὶ ἀδικῶν, ᾤετο ἀναγκάσειν αὐτὸν ποιεῖν ὅ,τι βούλοιτο. Ὅσα μὲν οὖν ἐκεῖνος κακὰ ὑπ' αὐτοῦ πέπονθε, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν· ὅσα δὲ εἰς ἐμὲ αὐτὸν ἐξημάρτηκεν, ἡγοῦμαι ταῦτ' ὑμῖν ἀποσήμαινειν ἀκούσαι.

Πυθόμενος γὰρ ὅτι τὸ μειράκιον ἦν παρ' ἐμοὶ, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν νύκτωρ μεθύων, ἐκκό-

---

[lineâ 5.] Διαλεθεὶς, Ald. διαλιθείς. Codd. B & Sang. habent. διαλεθείς.

[l. 9.] Posset etiam intelligi τὰς συμφορὰς de amoribus insanis, qui sunt veluti morbi & calamitates, sed prætuli alterum sensum ut magis congruum cum reliquâ oratione.

tem, Senatores, ſi in culpâ fuiſſe videar, nullam me à vobis veniam conſequi: at ſi de his rebus demonſtravero me nihil eorum commiſiſſe quæ mihi Simo juratus objecerit, licet vobis comparuerim, præter ætatem meam, juveni alicui impenſiùs ſtuduiſſe, rogo vos nihil de me gravius ſentiatis, intelligentes nimirùm cupiditatem omnibus hominibus à naturâ eſſe inſitam, eum verò optimè & ſapienter ſe gerere qui incommoditates à cupiditate profectas moderatiſſimè ferre poſſit. Quæ ne fierent iſte mihi in omnibus impedimento fuit, ut ego vobis commonſtrabo.

NARRATIO.

Nos enim, Senatores, Theodotum adoleſcentulum Platæenſem ambo adamavimus. Quem ego beneficiis conjunctum mihi eſſe volui, iſte autem contumeliis & injuriis ſe poſſe cogere exiſtimavit ad exequendum quodcumque vellet. Quanta igitur ab illo pertulerit adoleſcens, operoſum eſſet recenſere; quæ verò in me ipſum commiſerit, ea arbitror eſſe apud vos enarranda.

1°. Nam quum reſciviſſet adoleſcentem apud me eſſe, venit ad ædes meas noctu ebrius, fori-

[l. 9 & 10.] Addidi ἐν quod deeſt in vulgatâ, ità ut οἷς non jungatur cum ἅπασιν. Ad verbum interpretor, quibus mihi in omnibus impedimento fuit, i. e. ut verti latinè, quæ ne fierent mihi in omnibus impedimento fuit.

ψας τὰς θύρας, εἰσῆλθεν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν· ἔνδον ὄντων τῆς ἀδελφῆς τῆς τε ἐμῆς καὶ τῶν ἀδελφιδῶν, αἳ ὅτω κοσμίως βεβιώκασιν, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὁρῶμαι αἰσχύνεσθαι. Οὗτος τοίνυν εἰς τοῦτο ἦλθεν ὕβρεως, ὥστ' ὀ πρότερον ἠθέλησεν ἀπελθεῖν, πρὶν αὐτὸν ἡγούμενοι δεινὰ ποιεῖν οἱ πολεμιώμενοι, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐλθόντες, ὅτι παῖδας κόρας καὶ ὀρφανὰς εἰσιόντα, ἐξήλασαν βίᾳ.

Καὶ τοσούτου ἐδέησεν αὐτῷ μεταμελῆσαι τῶν ὑβρισμένων, ὥστε ἐξουρὸν ὃν ἐδειπνοῦμεν, ἀποπώτατον πρᾶγμα καὶ ἀπιστότατον ἐποίησεν, εἰ μή τις εἰδείη τὴν τούτου μανίαν. Ἐκκαλέσας γάρ με ἔνδοθεν, ἐπειδὴ τάχιστα ἐξῆλθον, εὐθύς με τύπτειν ἐπεχείρησεν· ἐπειδὴ δ' αὐτὸν ἠμυνάμην, ἐκπηδᾷ ἔβαλλέ με λίθοις. Καὶ ἐμοῦ μὲν ἀμαρτάνει, Ἀριστοκρίτου δὲ, ὃς παρ' ἐμὲ ἦλθε μετ' αὐτοῦ, βαλὼν λίθῳ συντρίβει τὸ μέτωπον. Ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλὴ, ἡγούμενος μὴ δεινὰ πάσχειν, αἰσχυνόμενος δὲ (ὁ γὰρ ἤδη καὶ πρότερον εἶπον) τῇ συμφορᾷ, ἠνειχόμην, καὶ μᾶλλον ἠρούμην μὴ λαβεῖν τούτων τῶν ἁμαρτημάτων δίκην, ἢ δόξαι τοῖς πολίταις ἀνόητος εἶναι· εἰδὼς ὅτι τῇ μὲν τούτου πονηρίᾳ πρέποντα ἔσται τὰ πεπραγμένα,

[l. 10 & 11.] Τῶν ὑβρισμένων in neutro genere,

busque effractis in *gynæceum* irrupit, ubi inerant & ſoror mea & ſororis filiæ, quæ ætatem adeò modeſtè tranſigebant, ut ipſas etiam à propinquis conſpici puderet. Iſte interea eò pervenit petulantiæ, ut priùs abire noluerit, quàm indignum arbitrati tùm qui fortè aderant, tùm qui illum comitabantur, in conclave puellarum virginum & orbarum virum intrare, ipſum vi expulerint.

2°. Et tantùm abfuit ut eum hujus violentiæ pœniteret, ut, inveſtigato loco ubi cœnabamus, facinus perpetraverit abſurdum atque incredibile, niſi quis hujus inſaniam perſpectam habeat. Me enim foràs evocatum, ſimul atque exivi, ſtatìm cædere aggreditur. Cui quum ego contrà obſiſterem, paululùm recedens me lapidibus petit. Atque à me quidem aberrat, Ariſtocriti verò qui ad me cum illo venerat, frontem lapidis ictu conterit. Ego igitur, Senatores, ratus me ab iſto indignè haberi, at pudore, ut dixi modò, conſtrictus, hasce calamitates ferendas eſſe ſtatuebam, & habebam ſatius talium facinorum pœnas negligere, quàm apud cives revelare meam amentiam. Noveram enim improbitati hominis convenire ea quæ

---

eorum quæ ab ipſo facta erant per vim.

[l. 15 & 16.] Vulg. ἠμυνάμην ἐνεγκὰς, ἔβαλλε. Intelligo ἐκεγκὰς in quod mutavi ἐνεγκὰς, paululùm recedens.

ἐμοῦ ὃ πολλοὶ καταγελάσονται τοιαῦτα πάσχοντος, τοῦ φθονεῖν εἰθισμένων, ἐάν τις ἐν τῇ πόλει τοῦθυμήτας χρηστὸς εἶη. Οὕτω δὲ σφόδρα ἠπορούμην ὅ,τι χρησαίμην, ὦ βουλή, τῇ τούτου ὠδαγνομίᾳ, ὥστε ἔδοξέ μοι κράτιστον εἶναι ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως. Λαβὼν δὴ τὸ μειράκιον (ἅπαντα γὰρ δεῖ τἀληθῆ λέγειν), ᾠχόμην ἐκ τῆς πόλεως.

Ἐπειδὴ δὲ ᾤμην ἱκανὸν εἶναι τὸν χρόνον Σίμωνι, ὑπιλαθέσθαι μὲ τοῦ νεανίσκου, μεταμελῆσαι τοῦ πρότερον ἡμαρτημένων, ἀφικνοῦμαι πάλιν. Κἀγὼ μὴν ᾠχόμην εἰς Πειραιᾶ, οὗπερ αὐτόμολος εὐθέως ἥκοντα τὸν Θεόδοτον, καὶ παρεκάθεζον παρὰ Λυσιμάχῳ, ὃς ᾤκει πλησίον τῆς οἰκίας ἧς οὗπερ ἐμεμίσθωτο, παρεκάλεσε τινὰς τῶν αὐτοῦ ὑπηρετῶν. Καὶ οὗτοι μὲ ἠρώτων καὶ ἔπινον, φύλακας ὑπ κατέστησαν ὑπὸ τοῦ στέγους, ἵν' ὁπότε ἐξέλθοι τὸ μειράκιον, εἰσαρπάσαιεν αὐτόν. Ἐν ᾧ τούτῳ τῷ καιρῷ ἀφικνοῦμαι ἐγὼ ἐκ Πειραιέως, καὶ ζέστωμαι παιεῖν ὡς τὸν Λυσίμαχον. Ὀλίγον δὲ χρόνον διατρίψαντες, ἐξερχόμεθα· οὗτοι δ' ἤδη μεθύοντες ἐκπηδῶσιν ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ οἱ μὴν τινες αὐτῷ τοῦ ὠδαγνομένου οὐκ ἠθέλησαν συνεξαμαρτεῖν, Σίμων δὲ οὗτοσὶ καὶ Θεόφιλος καὶ Περφ-

---

[l. 14.] Αὐτοῦ, vulg. τούτου quod evidenter peccat.
[l. 16.] Ἐπὶ τοῦ στέγους, in tecto. Nam domus vulgò

facta erant, ac me talia perpessum multis eorum fore ludibrio quorum parata est invidia, si quis in civitate honestam vitæ rationem consectetur. Tàm vehementer autem, Senatores, æstuabam quomodo ex eâ injuriâ me gererem, ut mihi visum fuerit commodissimum ex urbe discedere. Assumpto itaque adolescentulo (omnia enim quæ vera sunt enunciare oportet), peregrè proficiscor.

3°. Ubi verò tempus satis longum elapsum esse arbitrabar, cùm ut adolescens Simoni excideret è memoriâ, tùm ut eum priorum injuriarum pœniteret, redeo Athenas. Dùm ego in Piræum profectus ibi commorabar, ille statìm ubi rescivit rediisse Theodotum, & apud Lysimachum diversari qui habitabat juxtà ædes quas ipse conduxerat, quosdam ex necessariis advocavit. Prandebant unà & commissabantur, & speculatores in tecto domûs posuerant ut juvenem exeuntem intrò raperent. Interìm revertor ex Piræo & ad Lysimachum digredior, ac postquam paulisper commorati sumus, egredimur exindè. Illi ebrii in nos exiliunt. Et nonnulli quidem ex comitibus societatem facinoris recusabant; Simo verò, Theophilus, Protarchus & Autocles

humiles erant, & tectum erat plana superficies.

[l. 20 & 21.] Vulg. habet ἐξερχόμεθα ἤδη μεθύοντες· ὅτοι δ' ἐκπωδῶσιν, quod emendavi aliqua transponendo & aliter pungendo.

ταρχος καὶ Αὐτοκλῆς εἷλκον τὸ μειράκιον· ὁ δὲ, ῥίψας τὸ ἱμάτιον, ᾤχετο φεύγων. Ἐγὼ δὲ ἡγούμην κεῖνον μὲν ἐκφεύξεσθαι, τούτους δὲ, ἐπειδὴ τάχιστα ἐντύχοιεν ἀνθρώποις, αἰσχυνομένους ἀπο-
5 τρέψεσθαι, ταῦτα δὴ διανοηθεὶς, ἑτέραν ὁδὸν ᾠχόμην ἀπιών· οὕτω σφόδρα αὐτοὺς ἐφυλαττόμην, καὶ πάντα ὑπὸ τούτων γιγνόμενα μεγάλου ἐμαυτῷ συμφορὰν ἐνόμιζον. Καὶ ταύτῃ μὲν ἵνα φησὶ Σίμων τὴν μάχην γενέσθαι, οὔτε τούτων οὔτε
10 ἡμῶν οὐδεὶς οὔτε κατεάγη τὴν κεφαλὴν, οὔτε ἄλλο κακὸν οὐδὲν ἔπαθεν, ὡς ἐγὼ τοὺς πεσόντας ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Ὅτι μὲν τοίνυν οὗτος ἦν ὁ ἀδικήσας, ὦ βουλὴ,
15 καὶ ἐπιβουλεύσας ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐγὼ τούτῳ, ὑπὸ τῶν πεπονθότων μεμαρτύρηται ὑμῖν. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ μὲν μειράκιον εἰς γραφεῖον κατέφυγεν, οὗτοι δὲ συνεισπεσόντες, ἦγον αὐτὸν βίᾳ, βοῶντα καὶ κεκραγότα, καὶ μαρτυρούμενον. Συνδραμόντων
20 δὲ ἀνθρώπων πολλῶν, καὶ ἀγανακτούντων τῷ πράγματι, καὶ δεινὰ φασκόντων εἶναι τὰ γινόμενα, τῶν μὲν λεγομένων οὐδὲν ἐφρόντιζον, Μόλωνα δὲ

[1. 5.] Addidi δὴ quod non habet vulgata.

[1. 7.] Vulg. πάντα ταῦτα. Rejeci ταῦτα ut malè puerum

puerum trahebant, qui, veste projectâ, se in pedes conjecit. Ibi mecum reputans fore cùm ut ille effugeret, tùm ut isti, statìm atque hominibus fierent obviàm, præ pudore desisterent, hâc, inquam, mente abii aliâ viâ: adeò vehementer cavebam ab illis, & omnia quæ perpetrabant mihi magnam calamitatem evenire arbitrabar. Attamen hîc loci in quo Simo contendit pugnam fuisse commissam, neque istorum neque nostrûm cuiquam aut caput fuit imminutum, aut aliud quidpiam mali oblatum est; cujus rei testes eos advocabo qui ibi aderant.

TESTIMONIA.

4°. Istum igitur extitisse injuriæ autorem, Senatores, nobisque fuisse insidiatum, me autem isti nequaquam, eorum qui aderant testimonio vobis est comprobatum. Post hæc adolescens in fulloniam confugit; illi unà irruentes vi eum abduxerunt clamantem, vociferantem & obtestantem. Accurrentibus ibi quàm plurimis, & rem graviter ferentibus, & dicentibus indignissima esse ea quæ facta sint, isti objurgationes nihili fecere, Molonem-

---

natum ex πάντα.

[l. 8.] Vulg. ταῦτα, dedi ταύτῃ ex margine, subaudiendo χώρᾳ. Deindè μὲν vulgatæ mutavi in μήν.

[Ibid.] Ἵνα, ubi.

τὸν γραφέα καὶ ἄλλους τινὰς μεταμύνειν ἐπιχειρῶντας συνέκοψαν. Ἤδη δ' αὐτοῖς ὅσι πρὸς τὴν Λάμπωνος οἰκίαν, ἐγὼ μόνος βαδίζων ἐντυγχάνω. Δεινὸν δ' ἡγησάμενος εἶναι καὶ αἰσχρὸν περιιδεῖν ὅτως ἀνόμως καὶ βιαίως ὑβριζόμενον τὸν νεανίσκον, ἐπιλαμβάνομαι αὐτοῦ. Οὗτοι δ' ὅτι μὲν τοιαῦτα παρηνόμουν εἰς ἐκεῖνον, οὐκ ἠθέλησαν εἰπεῖν ἐρωτηθέντες· ἀφέμενοι δὲ τοῦ νεανίσκου, ἔτυπτόν ἐμέ. Μάχης δ' γενομένης, ὦ βυλὴ, καὶ ὅ μισεραλίου βάλλοντος αὐτοὺς, καὶ περὶ τοῦ σώματος ἀμυνομένου, καὶ τούτων ἡμᾶς βαλλόντων, ἐπ' δ' τυπτόντων ἐμαυτὸν ὑπὸ τῆς μέθης, καὶ ἐμοῦ ἀμυνομένου, καὶ τοῦ πραγματευομένων ὡς ἀδικουμένοις ἡμῖν ἅπαντων ἐπικουρούντων· ἐν τούτῳ τῷ θορύβῳ συνεβιβόμεθα τὰς κεφαλὰς ἅπαντες. Καὶ οἱ μὲ ἄλλοι οἱ μετὰ τούτου παρεινήσαντες, ἐπειδὴ τάχιστά με εἶδον μετὰ ταῦτα, ἐδέοντό μου συγγνώμην ἔχειν, οὐχ ὡς ἀδικούμενοι, ἀλλ' ὡς δεινὰ πεποιηκότες, καὶ δὲ ἐκείνου τοῦ χρόνου τεταράχθαι ἐτῶν παρεληλυθότων, οὐδέν μοι πώποτε ἐνεκάλεσεν οὐδείς· Σίμων δ' οὗτοσὶ, ὁ πάντων κακῶν αἴτιος γενόμενος, τὸν μὲ ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν

[1. 1.] Vulg. ἐπαμύνειν, revocavi lectionem Aldinam μεταμύνειν, quod de eo propriè dicitur qui ponè aliquem currit ut eum ab ejus raptore liberet. Cod. Sang. habet

que fullonem & alios qui puero ſuccurrere aggrediebantur, verberibus excipiebant. Illis ego, quum jam eſſent propè ædes Lamponis, ſolus incedens obviàm factus ſum. Ratus autem id iniquum eſſe & turpe adoleſcentem negligere adeò nefariè & crudeliter pertractatum, eum manu reprehendo. Jam illi interrogati quare tàm contumelioſè cum eo egerint, reſpondere noluerunt, & adoleſcente relicto converterunt in me verbera. Exortâ pugnâ, Senatores, pueroque lapides in illos conjiciente, & pro corpore dimicante, illis in nos conjicientibus, & me iterum præ ebrietate cædentibus, quum interea omnis eorum qui confluxerant multitudo nobis ut injuſta perpeſſis ſubveniret, in eo tumultu unicuique noſtrum caput eſt imminutum. Et ceteri quidem temulentæ iſtius rixæ comites, quum me poſtea viderent, veniam à me orabant non uti qui injuriâ afficerentur, ſed qui alios graviſſimâ injuriâ affeciſſent; & ex illo tempore, quatuor annis elapſis, nullus horum me de quâvis injuriâ poſtulavit: iſte autem Simo, malorum omnium autor, per reliquum quidem tempus quietem egit, ſibi me-

---

με[]αμύνειν, cod. B ἐπαμύνειν.

[l. 3.] Λάμπωνος, Aldus habet Λάμπυς. Cod. B & Sang. dant Λάμπωνος.

[l. 12.] Dedi ex meo ἐμαυτὸν pro αὐτὸν in vulg.

ἦγε, δεδιὼς περὶ αὐτοῦ· ἐπειδὴ δὲ δίκας ἰδίας ἠθέτει κακῶς ἀγωνιζόμενον ἐξ ἀντιδόσεως, καταφρονήσας μου ἐτόλμησεν εἰς τοιοῦτον ἀγῶνά με κατέστησεν. Ὡς οὖν καὶ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν τοὺς παρεστηκότας μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Τὰ μὲν οὖν γεγενημένα, καὶ ἐμοῦ καὶ τοῦ μαρτύρου ἀκηκόατε. Ἐβουλόμην δ' ἄν, ὦ βουλή, Σίμωνα τὸν αὐτὸν γνώμην ἐμοὶ ἔχειν, ἵν' ἀμφοτέρων ἡμῶν ἀκούσαντες τἀληθῆ, ῥᾳδίως ἔγνωτε τὸ δίκαιον. Ἐπειδὴ δ' αὐτῷ οὐδὲν μέλει τοῦ ὅρκου ὃν ὀμόσατο, πειράσομαι καὶ περὶ ὧν οὗτος ἔψευσται διδάσκειν ὑμᾶς.

Ἐτόλμησε γὰρ εἰπεῖν ὡς αὐτὸς μὲν τριακοσίας δραχμὰς ἔδωκε Θεοδότῳ, συνθήκας πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, ἐγὼ δ' ὑπεβουλεύσας ἀπέστησα αὐτοῦ τὸ μισθώμιον. Καίτοι ἐχρῆν αὐτὸν, εἴπερ ἦν ταῦτ' ἀληθῆ, παρακαλέσαντα μάρτυρας ὡς πλείους, καὶ τοὺς νόμους παραφέρεσθαι περὶ αὐτῶν. Οὗτος δ' τοιοῦτον οὐδὲν πώποτε φαίνεται ποιήσας, ὑβρίζων δὲ καὶ τύπτων ἀμφοτέρους ἡμᾶς, καὶ κωμάζων, καὶ τὰς θύρας ἐκβάλλων, καὶ νύκτωρ εἰσιὼν ὑπὸ γυναῖκας ἐλευθέρας. Ἃ χρὴ μάλιστα, ὦ βουλὴ, τεκμήρια νομίζειν ὅτι ψεύδεται περὶ

tuens; aſt ubi animadvertit me privatâ causâ quæ permutationis erat, cecidiſſe, ibi me deſpiciens in hujuſmodi contentionem ſic impudenter conjecit. Quòd igitur & hæc vera dicam, horum vobis eos teſtes exhibebo qui adfuerunt.

TESTES.

Res igitur uti geſtæ ſint ex me atque ex teſtibus audiviſtis. Vellem autem, Senatores, Simonem mecum pariter eſſe animatum, ut ex noſtrûm utroque vera audientes, faciliùs quæ juſta ſint decerneretis. At quum ille juramentorum quæ præſtitit nullam omninò rationem habeat, operam dabo ut quæ is mentitus eſt vos edoceam.

Confirmatio cum refutatione.

I. Suſtinuit enim dicere ſe trecentas drachmas Theodoto dediſſe, pactis cum eo initis, ac me per fallacias puerum alienaſſe. Atqui oportebat eum, ſi hæc vera eſſent, teſtibus quàm plurimis adductis, de iis rebus lege agere. Conſtat autem illum nihil tale unquam egiſſe, at nos utrosque contumeliis & verberibus affeciſſe, comiſſabundum effregiſſe fores, & noctu irrupiſſe ad feminas liberas. Quibus argumentis vos, Senatores, adductos oportet exiſtimare eum falſa coràm vobis eloqui.

[l. 22.] Vulg. ἅμ' ἀμφοτέρους, delevi ἅμ' ut malè natum ex initio vocis ſequentis.

ὑμᾶς. Σκέψασθε δὲ ὡς ἄπιστα εἴρηκε. Τὴν γὰρ οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ ἅπασαν πεντήκοντα καὶ διακοσίων δραχμῶν ἐπρίσατο· καίτοι θαυμαστὸν εἰ τὸν ἐπωρήσοντα πλειόνων ἐμισθώσατο ὧν αὐτὸς τυγ-
5 χάνει κεκτημένος. Εἰς τοῦτο δ' ἥκει τόλμης, ὥστε οὐκ ἐξαρκεῖ περὶ τούτου μόνον αὐτῷ ψευσαμένῳ, περὶ οὗ δεδωκέναι τὸ ἀργύριον, ἀλλὰ καὶ κεκομιδῶς φησί. Καίτοι πῶς εἰκός ἐστι, τότε μὲν ἡμᾶς τοιαῦτα ἐξαμαρτάνειν οἷα κατηγόρηκεν οὗτος,
10 ἀποστερῆσαι βουλομένους τὰς τριακοσίας δραχμάς· ἐπειδὴ δ' ἀπεμαχεσάμεθα, τοιαῦτα ἀποδοῦναι τὸ ἀργύριον αὐτῷ, μήτε ἀφειμένους τῶν ἐγκλημάτων, μήτε ἀνάγκης ἡμῖν μηδεμιᾶς γενομένης; Ἀλλὰ γὰρ, ὦ βουλὴ, πάντα αὐτῷ ταῦτα
15 σύγκειται καὶ μεμηχάνηται. Καὶ δοῦναι μὲν φησιν, ἵνα μὴ δοκῇ δεινὰ ποιεῖν, εἰ μηδενὸς αὐτῷ συμβολαίου γεγενημένου, τοιαῦτα ἐτόλμα ὑβρίζειν τὸ μειράκιον· ἀπελαφέναι δὲ φεύγοντοι εἶναι, διότι φανερός ἐστιν ἐγκαλέσας οὐδέποτ' ἀργύριον, οὐδὲ
20 μνείαν περὶ τούτου οὐδεμίαν ποιησάμενος.

Φησὶ δ' ὅτι τῆς αὐτοῦ θύραις ὑπ' ἐμοῦ δεινῶς ἀφαιρεθῆναι τυπτόμενος· φαίνεται δὲ πλεῖον ἢ τέτταρα στάδια ἀπὸ τῆς οἰκίας διώξας τὸ μει-

---

[l. 10.] Βουλομένους, Ald. Codd. B & Sang. βουλόμενος.

Conſiderate verò quàm parùm credibilia narraverit. Rem omnem ſuam ducentis quinquaginta drachmis æſtimavit: atqui mirandum ſanè ſi pluris amaſium conduceret quàm ipſe poſſidebat. Jam eò audaciæ proceſſit ut non ſatis habeat de hoc ſolummodò mentiri, ſe pecuniam dediſſe, quinetiam recepiſſe ſe affirmat. Attamen quî viriſimile eſt nos tunc temporis talia in illum commiſiſſe qualia inſimulavit, ut trecentas drachmas auferre vellemus; atque ubi inter nos pugnavimus atrociter, tunc demùm pecuniam reſtituiſſe, neque litis periculo liberatos, neque ullâ neceſſitate adductos. At profectò, Senatores, hæc omnia iſte ad fraudem finxit & compoſuit. Et numeraſſe quidem ait pecuniam, ne videatur indigna feciſſe, ſi nullo pacto interpoſito, adoleſcentem tali contumeliâ afficere auderet: ſe autem recepiſſe ideò mentitur, quòd conſtat ipſum nunquam de pecuniâ poſtulaviſſe, neque hujus unquam feciſſe mentionem.

II. Contendit ſe antè ædes ſuas graviter à me fuiſſe verberibus exceptum, quum manifeſtum ſit ipſum nullo malo affectum, longiùs quatuor ſta-

---

[1. 16.] Vulg. αὐτῷ, dedi ex margine αὐτῷ, quod dant etiam codd. B & Sang.

φάκιον, οὐδὲν κακὸν ἔχων. Καὶ ταῦτα πλέον ἢ δισχιλίων ἰδόντων ἀνθρώπων, ἐξαρνός ἐστι. Λέγει δὲ ὡς ἡμεῖς ἤλθομεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ τούτου ὄστρακον ἔχοντες, καὶ ὡς ἠπείλουν αὐτῷ ἐγὼ ἀποκτενεῖν, καὶ ὡς τοῦτό ἐστιν ἡ πρόνοια.

Ἐγὼ δὴ ἡγοῦμαι, ὦ βουλή, ῥᾴδιον εἶναι γνῶναι ὅτι ψεύδεται, οὐ μόνον ὑμῖν τοῖς εἰωθόσι σκοπεῖν περὶ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι. Τῷ γὰρ ἂν δόξειε πιθανὸν, ὡς ἐγὼ προνοηθεὶς καὶ ἐπιβουλεύων ἦλθον ἐπὶ τὴν Σίμωνος οἰκίαν μεθ' ἡμέραν, μετὰ τοῦ μειρακίου, τοσούτων ἀνθρώπων παρ' αὐτῷ συνειλεγμένων; εἰ μὴ εἰς τοῦτο μανίας ἀφικόμην, ὥστε ἐπιθυμεῖν εἰς ὧν πολλοῖς μάχεσθαι· ἄλλως τε καὶ εἰδὼς ὅτι ἀσμένως ἂν με εἶδεν ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς αὐτοῦ· ὃς καὶ ἐπὶ τὴν ἐμὴν οἰκίαν φοιτῶν εἰσήει βίᾳ, οὔτε τῆς ἀδελφῆς, οὔτε τῶν ἀδελφιδῶν φροντίσας, καὶ ζητεῖν με ἐτόλμα, καὶ ἐξευρὼν οὐ δειλαιῶν ἐτύγχανον, ἐκκαλέσας ἔτυπτέ με. Καὶ τότε μὲν ἄρα, ἵνα μὴ φειδόμενος εἴην, ἡσυχίαν ἦγον, συμφορὰν ἐμαυτοῦ νομίζων τοῦτου τὴν πονηρίαν· ἐπειδὴ δὲ χρόνος διεγένετο, πάλιν (ὡς οὗτός φησιν) ἐπεθύμησα φειδόμενος χρέσθαι. Καὶ εἰ μὴ ἦν τοῦτο

[l. 6.] Addidi ex margine δὲ quod abest à vulg.
[16 & 17.] Vulg. βίᾳ, καὶ οὔτε . . . . . φροντίσας,

diis à ſuis ædibus adoleſcentem perſecutum fuiſſe. Atque hæc negat licet teſtes fuerint plus quàm ducenti homines. Quin & affirmat nos ad ipſius domum veniſſe cum teſtâ, eique adeò mortem fuiſſe comminatos, hoc autem eſſe quod vocant vulnus de induſtriâ.

Ego verò, Senatores, iſtum mentiri facile eſſe reor cognoſcere, non ſolùm vobis qui de hujuſmodi rebus deliberare ſoliti eſtis, verùm etiam omnibus aliis. Cui enim videatur credibile me conſultò & ex inſidiis veniſſe Simonis domum interdiù, unà cum adoleſcente, quum tot apud eum homines conveniſſent? niſi eò redactus fuiſſem inſaniæ ut cuperem dimicare unus cum multis, præſertìm quum ſcirem illum me perquàm libenter antè ædes ſuas fuiſſe conſpicaturum, qui ad noſtras accedens per vim irrupit, nihil neque ſororem meam, neque ejus filias reveritus; qui me inveſtigare ſuſtinuit, & reperto loco ubi cœnabam, evocatum verberavit. Et tunc ſcilicet, ne fierem vulgi fabula, me continui, ratum improbitatem iſtius meam eſſe calamitatem; tempore autem interjecto, ut iſte dicit, volui egomet de me ſermones haberi apud vulgus. Quòd ſi adoleſ-

---

ζητεῖν. Tranſpoſui ἐ, & poſt φρονήσας pro ſimplici virgulâ dedi punctum ſuperius.

τὸ μειράκιον, εἶχεν ἄν τινα λόγον τὸ ψεῦδος αὐτῷ, ὡς ἄρ' ἐγὼ λάθρᾳ τῆς ὑπιθυμίαν ἀναζηζόμην ἀνοητότερόν τι ποιεῖν τῶν εἰκότων. Νῦν δὲ τούτῳ μὴ δὲ διελέγετο, ἀλλ' ἐμίσει πάντων ἀνθρώπων μάλιστα, παρ' ἐμοὶ δ' ἐτύγχανε διαιτώμενον. Ὥστε τῷ ὑμῶν πιστὸν ὡς ἐγὼ πρότερον μὴ ἐξέπλευσα ἐκ τῆς πόλεως ἔχων τὸ μειράκιον, ἵνα μὴ τούτῳ μαχοίμην· ἐπιδὴ δὲ ἀφικόμην, πάλιν ἦγον αὐτὸς ὑπὲ τὴν οἰκίαν τὴν Σίμωνος, οὗ πλεῖστα ἔμελλον πράγματα ἕξειν; ἐπεβούλευον μὴ αὐτῷ, οὕτω δὴ ἦλθον ἀπαράσκευος, ὥστε μήτε φίλους, μήτε οἰκέτας, μήτε ἄλλον ἄνθρωπον προσκαλέσαι μηδένα, εἰ μὴ τοῦτό γε τὸ παιδίον, ὃ ὑπικουρήσαι μέν μοι οὐκ ἂν ἠδύνατο, μηνύσαι δὲ ἱκανὸν ἦν βασανιζόμενον, εἴ τι ἐγὼ ἐξημάρτανον· ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἀμαθείας ἀφικόμην, ὥστε ὑπιβαλλόων Σίμωνι, οὐκ ἐτήρησα αὐτὸν ἵ μόνον οἷόν τε ἦν λαβεῖν, ἢ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν, ἀλλ' ἐνθαῦθα ἦλθον, ἵ αὐτὸς ἔμελλον ὑπὸ πλείστων ὀφθήσεσθαί τε καὶ συγκοπήσεσθαι· ὥστοῦ κατ' ἐμαυτοῦ τὴν πρόνοιαν ἐξευείσκων, ἵν' ὡς μάλιστα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ὑβριζοίμην;

[l. 9.] Αὐτὸς, vulg. αὐτόν.

[l. 10.] Cod. B etiam ἐπεβούλευον, Ald. μεπεβού-

cens domi apud eum fuiſſet, aliquantùm veriſimilitudinis habuiſſet ejus mendacium, me nempè libidine victum & coactum aliquid egiſſe inconſultius quàm expectari à me potuit. At ille iſtum ne allocutus quidem, omnium hominum maximo odio proſequebatur, & apud me degebat. Cuinam itaque veſtrûm credibile eſt me olìm ex urbe peregrè abiiſſe cum adoleſcentulo, ne mihi cum Simone controverſia exiſteret, eumdemque reverſum Athenas illum duxiſſe ad ædes iſtius, ubi plurimas moleſtias mihimetipſi eram comparaturus? me denique qui ei inſidiatus fueram, adeò veniſſe imparatum, ut neque amicos, neque famulos, neque alium quempiam advocarem, præter hunc puerulum qui mihi quidem opitulari non poterat, me autem poterat prodere, quæſtione habitâ, ſi quid ego deliquiſſem; ſed eò perveniſſe inſipientiæ, ut Simoni inſidias meditans non obſervârim ubi eum ſolum vel interdiù vel noctù aggredi potuiſſem; at illuc ipſe acceſſerim ubi à plurimis conſpici & verberari poteram, quaſi adversùs me omnia conſultò procuraverim ut inimicis quàm maximè ludibrio forem?

λευον ſicut & cod. Sang.

[l. 20 & 21] Codd. B & Sang. habent quoque συλλοφήσεσθαι, Ald. σκοφήσεσθαι.

Ἔπι τοίνυν, ὦ βουλὴ, ⸢ ἐκ τῆς μάχης τῆς γενομένης ῥᾴδιον γνῶναι ὅτι ψεύδεται. Τὸ γὰρ μειράκιον ὡς ἔγνω, ῥίψαν θοιμάτιον, φεῦγον ᾤχετο· οὗτοι δ' αὐτὸ ἐπεδίωκον· ἐγὼ δ' ἑτέραν ἀπελθὼν ὁδὸν ᾠχόμην. Καίτοι ποτέρους χρὴν αἰτίους τῆς γεγενημένων εἶναι νομίζειν; τοὺς φεύγοντας, ἢ τοὺς ζητοῦντας καταλαβεῖν; ἐγὼ μὲν οὖν ἡγοῦμαι πᾶσιν εἶναι δῆλον ὅτι φεύγουσι μὲν οἱ αἴτιοι αὐτῶν δεδιότες, διώκουσι δ' οἱ βουλόμενοί τι ποιῆσαι κακόν. Οὐ τοίνυν ταῦτα μὲν εἰκότα, ἄλλως δ' παρ' αὐτῶν πέπρακται· ἀλλὰ καταλαβόντες τὸ μειράκιον ἐκ τῆς ὁδοῦ, ἦγον βίᾳ· ἐντυχὼν δὲ ἐγὼ, τούτων μὲν οὐχ ἡπόμην, τοῦ μειρακίου δὲ ἐπελαμβανόμην, οὗτοι δὲ ἐκείνόν τε ἦγον βίᾳ ⸢ ἐμὲ ἔτυπτον· ⸢ ταῦτ' ὑμῖν ὑπὸ τῆς πραγμένων μεμαρτύρηται. Ὥστε δεινὸν εἰ πρὸς τούτων ἐγὼ δόξω πεπονθῆναι πρὸς ὧν οὗτοι τυγχάνουσιν οὕτω δεινὰ ⸢ πράνομα πεποιηκότες. Τί δ' ἄν ποτε ἔπαθον εἰ τἀναντία τῆς νῦν γεγενημένων ἦν, εἰ πολλοὺς ἔχων τῶν ὁπιτηδείων ἐγὼ, ἀπαντήσας Σίμωνι, ἐμαχόμην αὐτῷ, ⸢ ἔτυπτον αὐτὸν, ⸢ ἐδίωκον, ⸢ καταλαβὼν ἄγειν βίᾳ ἐζήτουν· ὅπου νῦν, τούτου ταῦτα πεποιη-

---

[l. 10.] Addidi μὲν quod deeſt in vulg.

[l. 13 & 14.] Codd. B & Sang. legunt ut vulgata,

III. Quinetiam, ô Senatores, ex ipsâ pugnâ, ut commissa fuit, facile est judicatu mentiri hominem. Adolescens enim statìm atque cognovit se peti, projectâ veste, fugâ se subripuit; illi insequebantur, ego aliâ viâ discedens domum abii. Utros igitur oporteat judicare extitisse autores earum rerum quæ gestæ sint? illosne qui fugiebant, an illos qui studebant assequi? equidem existimo omnibus esse manifestum eos fugere qui sibi metuunt, eos verò insequi qui mali aliquid meditantur. Nec dici potest hæc quidem esse verisimilia, sed istos aliter egisse. Namque adolescentem è via abreptum per vim abduxerunt. Quibus ego interveniens, ipsos ne attigi quidem, sed puerum manu reprehendi. Hunc isti per vim abripiebant, meque plagis operiebant; quæ vobis eorum testimoniis comprobantur qui ibi adfuerunt. Ità ut id esset iniquissimum me de his censeri præmeditatum fuisse in quibus illi tàm atrociter, tàm violenter, se gesserint. Quid autem de me factum fuisset, si evenissent omnia prorsùs contraria, si ego scilicet plurimis amicis stipatus, ac Simoni factus obviàm, eum aggressus fuissem, verberassem, insecutus fuissem, comprehensum per vim abducere tentassem; ubi nunc his omnibus

---

Ald. habet ἠτιώμην, τοῦτο μειρακίου.

κότος, ἐγὼ εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα καθέστηκα, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμαυτοῦ ἁπάσης κινδυνεύω;

Τὸ δὲ μέγιστον καὶ περιφανέστατον πάντων· ὁ γὰρ ἀδικηθεὶς καὶ ὑπεβουλευθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, ὥς φησιν, οὐκ ἐτόλμησε τεταράχθαι ἐπῶν ὑπισκήψασθαι εἰς ὑμᾶς. Καὶ οἱ μὲ ἄλλοι, ὅταν ἐρῶσι καὶ ἀποστέρων ὧν ὑπιθυμοῦσι, καὶ συγκοπῶσιν, ὀργιζόμενοι παραχρῆμα πιμωρεῖσθαι ζητοῦσιν· οὗτος ὁ χρόνοις ὕστερον.

Ὅτι μὲ οὖν, ὦ βουλὴ, ὑδενὸς αἰτιός εἰμι τῶν γεγενημένων, ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι νομίζω. Οὕτω δὲ διάκειμαι πρὸς τὰς ἐκ τῶν τοιούτων πραγμάτων διαφορὰς, ὥστε καὶ ἀλλὰ πολλὰ ὑβρισμένος ὑπὸ Σίμωνος, καὶ κατεαγεὶς τὴν κεφαλὴν ὑπ' αὐτοῦ, οὐκ ἐτόλμησα αὐτῷ ὑπισκήψασθαι· ἡγούμενος δεινὸν εἶ, εἰ ἄρα πρὸ παίδων ἐφιλονεικήσαμεν ἡμεῖς πρὸς ἀλλήλους, τούτου ἕνεκεν ἀξιόσαι τινὰς ζητῆσαι ἐκ τῆς πατρίδος. Ἔπειτα δὲ καὶ ὑδεμίαν ἡγούμην πρόνοιαν εἶ θαύματος, ὅστις μὴ ἀποκτεῖναι βουλόμενος ἔτρωσε. Τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀνήθης, ὅστις ἐκ πολλοῦ προ-

---

[l. 7.] Ὑμᾶς, vulg. ἡμᾶς.
[l. 15.] Κατεαγεὶς, vulg. καταγείς.
[l. 16.] Codd. B & Sang. habent etiam ἐπισκήψασ-

ab ipſo perpetratis, ego in hujuſmodi diſcrimen adducor in quo mihi de patriâ fortunisque omnibus agitur?

IV. Hoc verò omnium maximum & luculentiſſimum eſt argumentum, quòd iſte, ut dicit, à me injuriâ exceptus & inſidiis petitus, per totum quadriennium mihi apud vos diem dicere non auſus fuerit. Ac ceteri quidem, quum amant, quum amatis excluduntur, atque inſuper plagis contunduntur, confeſtìm præ irâ pœnas ſumere geſtiunt; iſte autem nonniſi poſt multo tempore id facit.

V. Me igitur, Senatores, neutiquam in culpâ eſſe ob ea quæ facta ſint, ſatis comprobari arbitror. Ceterùm ego me eo animo eſſe profiteor quoad ejuſmodi contentiones, ut, cùm in multis à Simone contumeliosè tractatus, tùm caput ab ipſo comminutus, eum tamen in jus vocare non ſuſtinuerim; exiſtimans id non ferendum eſſe, ideò quemvis ex patriâ velle ejicere, quòd de amaſio inter nos concertaverimus. Præter hæc hoc vulnus eſſe ex induſtriâ illatum minimè credidi, ſi quis cædem non meditans, vulneraverit. Quis eſt enim eâ animi imbecillitate, ut per plurimùm temporis

---

ϑαι, Ald. ἐπισκέψαϑαι.

[l. 17.] Pro παίδων malim ex mente Taylori παιδικῶν.

νοεῖτε ὅπως ἕλκος τὸς αὐτὸ τῷ ἐχθρῶν λήψετε; Ἀλλὰ δῆλον ὅτι οἱ τοῦ νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλὰς, ὅτι τούτοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσαι (ἢ πολλούς γ' ἂν ἐξήλασαν)· ἀλλ' ὅσοι ὑπεβυβλοῦσαντες ἀποκτεῖναι τινὰς ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δ' οὐκ ἠδυνήθησαν, περὶ τῶν τοιούτων τὰς τιμωρίας οὕτω μεγάλας κατεκήσαντο· ἡγούμενοι, ὑπὲρ ὧν ἐβούλευσαν καὶ προὐνοήθησαν, ὑπὲρ τούτων προσήκειν αὐτοῖς δίκην δοῦναι· εἰ δὲ μὴ κατέχον, οὐδὲν ἧττον, τό γε ἐπ' ἐκείνων, πεποιῆται. Καὶ ταῦτα ἤδη καὶ πρότερον πολλάκις ὑμεῖς οὕτω διέγνωτε περὶ τῆς προνοίας. Καὶ γὰρ δεινὸν εἴη, εἰ ὅσοι ἐκ μέθης καὶ φιλονεικίας, ἢ ἐκ παιδικῶν, ἢ ἐκ λοιδορίας, ἢ περὶ ἑταίρας μαχόμενοι, ἕλκος ἔλαβον, ἢ ὑπὲρ τούτων ὧν, ἐπιδὰν βέλτιον φρονήσωσιν, ἅπασι μεταμέλει, οὕτω καὶ ὑμεῖς μεγάλας καὶ δεινὰς τὰς τιμωρίας ποιήσεσθε, ὥστε ἐξελαύνειν τινὰς τῶν πολιτῶν ἐκ τῆς πατρίδος. Θαυμάζω δὲ μάλιστα τούτου τῆς ἀγνοίας. Οὐ γὰρ τοῦ αὐτοῦ μοι δοκεῖ εἶναι ἐρᾶν τε καὶ συκοφαντεῖν· ἀλλὰ τὸ μὲν, τῶν δυηδεστέρων· τὸ δὲ, τῶν πανουργοτάτων.

Ἐβουλόμην δ' ἂν ἐξεῖναί μοι παρ' ὑμῖν καὶ ἐκ

[l. 18.] Pro οὕτω καὶ ὑμεῖς, malit Reiskius, & ego meditetur

meditetur quo pacto adversariorum aliquis vulnus accipiat? Sed manifestum est nostrarum quoque legum latores, non, si qui, obortâ rixâ, sua invicem capita comminuerint, eis exilium statuisse (plurimos enim utique ejecissent in exilium): verùm qui cædem aliquibus destinantes, quamvis cædem perficere non potuerint, eis pœnas adeò graves tulerunt; rati oportere illos eorum pœnas dare quæ in animo destinaverunt péragenda, ac si votorum non facti sunt compotes, ea nihilominùs peregisse quantùm in ipsis fuit. Et vos jam sæpè de vulnere ex industriâ illato ità statuistis. Nam indignum foret, eorum gratiâ qui aut ex ebrietate aut rixâ, aut de puero, vel scorto, vel convicio aliquo dimicantes, vulnus acciperent, aut de iis rebus quarum, ubi redierint ad mentem, omnes pœniteret, eorum, inquam, gratiâ, vos tantas tamque atroces pœnas infligere, ut cives ex patriâ ejiceretis. Vehementer autem miror istius animum. Non enim mihi videtur ejusdem esse & amare & calumniari; at illud simpliciorum esse, hoc versutissimorum.

VI. Vellem mihi licere istius improbitatem

---

quoque malim οὕτως ὑμεῖς, potest tamen explicari &c, vos quoque (nempè, sicut & Simon) ità magnas..... Codd. B & Sang. habent οὕτως καὶ ὑμεῖς.

τῶν ἄλλων ἐπιδεῖξαι τὴν τούτου πονηρίαν· ἵνα ἐπίστησθε ὅτι πολὺ ⁊ δικαιότερον αὐτὸς περὶ θανάτου ἠγωνίζετο, ἢ ἑτέρους ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς κίνδυνον καθίστη. Τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω· ὃ δ' ἡγοῦμαι ὑμῖν προσήκειν ἀκοῦσαι, ⁊ τεκμήριον ἔσεσθαι τῆς τούτου θρασύτητος ⁊ τόλμης, περὶ τούτου μνησθήσομαι.

Ἐν Κορίνθῳ γὰρ, ἐπειδὴ ὕστερον ἦλθε τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχης, ⁊ τῆς εἰς Κορώνειαν στρατιᾶς, ἐμάχετο τῷ ταξιάρχῳ Λάχητι, ⁊ ἔτυπτεν αὐτὸν· ⁊ παυστρατιᾷ τῶν πολιτῶν ἐξελθόντων, δόξας ἀκοσμιώτατος εἶναι ⁊ πονηρότατος, μόνος Ἀθηναίων ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐξεκηρύχθη. Ἔχοιμι δ' ἂν ⁊ ἄλλα πολλὰ εἰπεῖν περὶ τούτου, ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νόμιμόν ἐστιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε· οὗτοί εἰσιν οἱ βίᾳ εἰς τὴν ἡμετέραν οἰκίαν εἰσιόντες, οὗτοι οἱ διώκοντες, οὗτοι οἱ βίᾳ ἐκ τῆς ὁδοῦ συναρπάζοντες ἡμᾶς. Ὧν ὑμεῖς μεμνημένοι, τὰ δίκαια ψηφίζεσθε, καὶ μὴ περιίδητε ἐκ τῆς πατρίδος ἀδίκως ἐκπεσόντα, ὑπὲρ οὗ ἐγὼ πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκα, ⁊ πολλὰς λειτουρ-

---

[l. 2.] Ὅτι πολὺ καὶ, pro καὶ velit Reiskius reponi ἂν, ſed hîc ἂν poteſt ſubaudiri.

[l. 12.] Vulg. κοσμιώτατος εἶναι, πονηρότατος, quod

vobis aliundè commonstrare, ut pernosceretis multò fuisse æquius ut iste de proprio capite dimicaret, quàm alios in discrimen de patriâ adduceret. Alia igitur omittam; quod autem vos existimo scire oportere, istiusque intemperantiæ & audaciæ argumentum fore, de hoc verba paulisper faciam.

Corinthi enim, quum ad exercitum venisset post pugnam cum hostibus commissam & expeditionem adversùs Coroneam susceptam, cum Lachete taxiarcho concertationem habuit, eumque graviter verberavit; atque indè solus Athenienſium meruit, ut universæ civitatis, quæ tunc ad bellum exierat, nequissimus ipse & disciplinæ militaris negligentissimus judicatus, voce præconis, jussu imperatorum, expelleretur. Sunt & alia quàm plurima quæ de eo commemorare possim; sed quum apud vos lege provisum sit ne quis extrà rem dicat, hoc saltem in animis vestris cogitate: isti sunt qui per vim in nostras ædes irruperunt, isti qui nos insecuti sunt, isti qui nos è viâ per vim arripuerunt. Quorum memores quæ justa sint decernite, neque me finite per injuriam patriâ excidere pro quâ ego multa subivi pericula, multa

---

emendavi ut legitur. Cod. Sang. dat κοσμιώταλος ἢ ἐ πονηρόταλος.

γίας λελειτούργηκα· καὶ κακοῦ μὲ αὐτῇ οὐδενὸς αἴτιος γεγένημαι, οὐδὲ τῶν ἐμοῦ προγόνων οὐδεὶς, ἀγαθῶν ἢ πολλῶν. Ὥστε δικαίως ἂν ὑφ' ὑμῶν καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐλεηθείην, οὐ μόνον εἴ τι πάθοιμι ὧν Σίμων βούλεται, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἠναγκάσθην, ἐκ τοιούτων πραγμάτων, εἰς τοιούτους ἀγῶνας καταστῆναι.

[l. 4.] Codd. B & Sang. habent quoque ἐλεη-

obivi munera, cui nunquam ipſe cujusvis mali autor extiti, neque majorum meorum quiſquam, ſed bonorum contrà quàm plurimorum. Ego igitur is ſum qui cùm veſtram tùm aliorum miſericordiam conſequar, non modò ſi quid mihi acciderit eorum quæ Simo velit; verùm etiam quòd coactus fuerim, ex talibus negotiis, ad talem cauſam dicendam accedere.

θείην, Ald. ἐλεηθείην.

ANALYSIS
ORATIONIS
DE VULNERE EX INDUSTRIA.

PROPOSITUM.

CIVES quidam duo Athenienſes meretricem communitùs emerant, & ipsâ utebantur communitùs. Quum inter ipſos rixæ de re quâdam pecuniariâ & inimicitiæ interceſſiſſent, alter retinebat mulierculam & eâ ſolus potiebatur. Alter qui ad eam emendam dimidiam pecuniæ partem dederat, vadit ad actoris domum & mulierem per vim abripit. Is ab actore coràm Areopago adducitur reus, & accuſatur quòd ipſi vulnus inflixerit ex induſtriâ.

Reus ſe defendere aggreditur, ac

I. Præfatur & probat rixas de re pecuniariâ & inimicitias fuiſſe compoſitas.

II. Supponendo ſe adhuc iſti fuiſſe inimicum, breviter arguit ſe non ad ædes ipſius veniſſe mortis ipſi inferendæ causâ, 1°. quia ipſum non reipsâ interfecit, quum mulierem per vim potuerit abducere; 2°. quia ipſum non ferro allato percuſſit ſed teſtâ in ædibus ipſius repertâ; 3°. quia benè poti & comiſſabundi ad domum venerunt.

III. De adverſario queritur qui mulierem habere vult, nec pecuniam reddere, qui propter vile ſcortum ſe graviter vulneratum eſſe ſimulàt, qui denique mulierem ad quæſtionem tradi noluit.

IV. Senatores rogat ut ex eo imprimis adverſarium men-

dacem exiſtiment; quòd mulierculam communem torqueri noluerit, ut ex ipsâ veritas eliceretur.

V. Ab iiſdem petit ne accuſatorem idcircò audiant quòd ſuos ipſius ſervos torquendos objecerit: contendit enim ex ſervorum confeſſione nihil exprimi poſſe quod ad rem pertineat, at non item ex mulieris teſtimonio, quamvis ipſa accuſatori devotior ſit quàm ſibi.

VI. Concludit eoſdem ſenatores obteſtando enixiùs ne à ſe validiora quærant argumenta, ne ſe prorsùs innocentem condemnent, & ex patriâ ob leves, imò ob nullas, injurias ejiciant.

ΠΕΡΙ ΤΡΑΥΜΑΤΟΣ

ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ.

ΠΕΡΙ ΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΟΝ. *

ΘΑΥΜΑΣΤΟΝ γε, ὦ βουλὴ, τὸ διαμάχεσθαι περὶ τούτου, ὡς οὐκ ἐγένοντο ἡμῖν διαλλαγαί· καὶ τὸ μὴ ζεῦγος, καὶ τὰ ἀνδράποδα, καὶ ὅσα ἐξ ἀγροῦ κατὰ τὴν ἀνάδοσιν ἔλαβεν, μὴ ἂν δύνασθαι ἀρνησθῆναι ὡς οὐκ ἀπέδωκε· φανερῶς δὲ περὶ τούτων διαλελυμένου, ἀρνεῖσθαι τὰ περὶ τῆς ἀνθεφόπου, μὴ κοινῇ ἡμᾶς χρῆσθαι συγχωρήσαι. Καὶ τὰ μὲν ἀνάδοσιν δι' ἐκείνου φανερός ὀστι ποιησάμενος, τὰ δ' αἰτίαν δι' ἣν ἀπέδωκεν ἃ ἔλαβεν, οὐκ ἂν ἄλλου ἔχοι εἰπεῖν (βουλόμενος τἀληθῆ λέγειν) ἢ ὅτι οἱ φίλοι περὶ πάντων ἡμᾶς

---

* Ad περὶ ὃ καὶ πρὸς ὃν quod habent omnes libri, videtur deesse ἄδηλον, quod totum interpretare, incertum est de quo & adversùs quem agatur. Apparet hoc esse scholium librarii alicujus, qui voluit indicare ignota esse actoris & rei nomina.

[lineâ 1 & 2.] Post διαμάχεσθαι videtur desiderari

DE VULNERE

EX INDUSTRIA.

I. MIRUM certè eſt, Senatores, iſtum contendere conventionem inter nos non fuiſſe factam, eumdemque par aratorum boum, & mancipia, & quæcumque inſtrumenta ruſtica ex permutatione acceperit, ea ſe reſtituiſſe non poſſe ire inficias: mirum eſt eum qui de his evidenter pepigit, ea denegare quæ ad mulierem ſpectant, nempè communem illius conſuetudinem nobis ex pacto reſervari. Eum tamen conſtat mulieris causâ permutationem feciſſe, nec rationem propter quam reſtituit ea quæ receperat, aliam poſſit proferre, ſi ea quæ vera ſint dicere voluerit, quàm quòd amici

---

vel τȣ̃τονὶ, iſtum, i. e. eum contrà quem lis agitur, vel nomen actoris quod ignotum eſt.

[l. 4.] Ἔλαβεν, vulg. ἔλαβον.

[l. 7.] Ἡμᾶς, vulg. ὑμᾶς.

[l. 8.] Dedi φανερὸς pro φανερῶς in vulg.

[l. 9.] Vulg. ἢ, emendavi ἃ cum Reiskio.

τούτων συνήλλαξαν. Ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος, κρίνας τὴν ἐμὴν φυλὴν νικᾶν· νῦν δὲ ἔγραψα μὴν τὸ ὄνομα εἰς τὸ γραμματεῖον, ἀπέλαχε δέ. Καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα λέγω, Φιλῖνος καὶ Διοκλῆς ἴσασιν· ἀλλ' οὐκ ἐς αὐτοῖς μαρτυρήσαι, μὴ διομοσαμένοις περὶ τῆς αἰτίας ἧς ἐγὼ φεύγω. Ἐπεὶ Σαφῶς ἔγνωτ' ἂν ὅτι ἦμεν αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες, καὶ ἡμῖν εἵνεκα ἐκαθέζετο.

Ἀλλ' ἦν, εἰ βούλεται, ἐχθρός (δίδωμι γὰρ αὐτῷ τοῦτο· οὐδὲν γὰρ διαφέρει)· οὐκοῦν ἦλθον αὐτὸς αὐτὸν ἀποκτενῶν, ὡς οὗτός φησι, καὶ βίᾳ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσῆλθον; διὰ τί οὖν οὐκ ἀπέκτεινα, ὑποχείριον λαβὼν τὸ σῶμα, καὶ ζοῦντον κρείττονα, ὥστε καὶ τὴν ἀνθρωπον λαβεῖν, φεράτω πρὸς ὑμᾶς. Ἀλλ' οὐκ ἔχει εἰπεῖν. Καὶ μὴν οὐδείς γε ὑμῖν ἀγνοεῖ ὅτι θᾶττον ἂν ἐγχειριδίῳ πληγεὶς ἀπέθανεν, ἢ πυξ παιόμενος. Φαίνε-

---

[l. 1 & 2.] Ἀπολαχεῖν κριτὴν, intelligo, per fortem non obtinuisse ut foret judex. Juxtà Harpocrationem ἀπολαχεῖν sumitur pro simplici λαχεῖν in Antiphonte, Aristophane, & apud Lysiam κατὰ Ποσειδίππου. Sed quum hîc ἀπολαχεῖν non videatur sumendum esse pro simplici λαχεῖν, videtur hanc orationem non eamdem esse ac illam κατὰ Ποσειδίππου.

nos ſuper his omnibus reconciliârunt. Vellem eum Dionyſiis in ſortitione judicum non fuiſſe præteritum, ut vobis planè videretur mecum in gratiam rediiſſe, tribui meæ victoriam adjudicans. Jam verò nomen in album retulerat, ſed petitione excidit. Atque hæc vera eſſe quæ dico nôrunt Philinus & Diocles; verùm iis non licet teſtimonium dicere, quum in hâc causâ noſtrâ jusjurandum non ſuſceperint. Tunc ſcilicet clarè pernoſceretis nos ipſos autores extitiſſe ut iſte judex ſortiretur, ac proindè eum propter nos, ſi ſors ei faviſſet, ſeſſurum fuiſſe judicem.

II. At eram, ſi hoc velit, inimicus. Id enim ipſi concedo, neque magnoperè intereſt. Anne igitur veni ipſe eum interfecturus, ut iſte ait, & in ædes ejus per vim irrupi? at quamobrem non interfecerim, quum homo in meâ poteſtate eſſet, tantúmque ego valerem ut mulierem mecum abducerem, ille vos edoceat: ſed non poſſit edocere. Jam verò neminem veſtrûm neſcire arbitror eum faciliùs interimi potuiſſe pugione ictum quàm pugno percuſſum. At

---

[l. 2.] Διονυσία, Dionyſia, i. e. feſta in honorem Bacchi; nam Διόνυσος erat Bacchi cognomen.

[l. 4.] Vulg. habet ταῦτα quod mutavi in τὸ ὄνομα.

[l. 8.] Ἧς, vulg. ἢ, poſſet etiam legi ἣν.

[l. 10.] Ad ἐκαθέζετο adde vel ſubaudi ἂν.

τοίνυν ὑδὶ αὐτὸς αἰπώμθυ Ϛιῦτόν τι ἔχοντας ἡμᾶς ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ὀρράκῳ φησὶ πληγῆναι. Καίτοι φανερὸν ἤδη ἐξ ὧν εἴρηκεν, ὅτι ὑ προνοία γεγένηϛ. Οὐ γὰρ ὕτως ἤλθομθυ, ἀδήλου ὄντος εἰ
5 πολὰ τύτῳ δύρήσομεν ὄρρακον, ἢ ὕτως αὐτὸν ἀποκτενῦμεν· ἀλλ᾽ οἴκοθεν ἔχοντες ἂν ἐβαδίζομεν. Νῦν δὶ ὁμολογύμεθα πρὸς παίδας Ϛ αὐλητρίδας Ϛ μετ᾽ οἴνου ἐλθόντες· ὥςτε πῶς ταῦτ᾽ ὄςι προνοία; ἐγὼ μὲ γ᾽ οἶμαι ὑδαμῶς.

10 Ἀλλ᾽ ὅδε ἐναντίως τοῖς ἄλλοις δύσερώς ὄςιν, Ϛ ἀμφότερα βύλεται, τό,τε ἀργύριον μὴ ἀποδῦναι, Ϛ τὴ ἄνθρωπον ἔχειν. Εἶτα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπυ παρωξυμένυ, ὀξύχειρ λίαν Ϛ πάρανός ὄςιν· ἀνάγκη ἢ ἀμύναϛ. Ἢ ἢ Ϛτὲ μὲ ἐμὲ
15 πρὶ πολλοῦ, Ϛτὲ ἢ τοῦτον φησὶ ποιεῖϛ, βυλομένη ὑπ᾽ ἀμφοτέρων ἐρᾶϛ. Καὶ ἐγὼ μὴ Ϛ ἐξ ἀρχῆς δύκολως εἶχον, Ϛ νῦν ἔτι ἔχω· ὁ δὶ εἰς τύτο βαρυδαιμονίας ἥκει, ὥςτε ὀκ αἰχύνεται ϛαῦμά γε ὀνομάζων τὰ ὑπώπια, Ϛ ἐν κλίνῃ πρε-
20 φερόμθυ, Ϛ δεινῶς προςποιύμθυος δϛακεῖϛ ἕνεκα πόρνης ἀνθρώπου, ἣν ἔξεςιν αὐτῷ ἀναμφισβήτητος ἔχειν, ἐμοὶ ἀποδόντι τὰργύριον. Καὶ

[l. 4 & 5.] Prius ὕτως ſignificat, ſic ut nunc ſum, i. e. inermis; poſterius, teſtâ armatus.

[l. 8.] Pro μετ᾽ οἴνου meliùs forſan legeretur juxtà

nec ipſe pugione inſtructum me ad ſe veniſſe criminatur, imò teſtâ dicit ſe fuiſſe vulneratum. Attamen ex iis quæ profert manifeſtum eſt non fuiſſe illîc vulnus de induſtriâ. Non enim adeò imparati veniſſemus, quum incertum eſſet utrùm domi apud eum teſtam eſſemus reperturi, vel utrùm teſtâ interficeremus, ſed domo telum attuliſſemus. Nunc verò iſti confitentur nos benè potos comiſſari ad puellas & tibicinas. Quomodo igitur hîc eſt vulnus de induſtriâ? equidem nullatenùs reor.

III. Hic autem homo contrà quàm alii perditè amans, utrumque vult & pecuniam non reddere & mulierem habere. Deindè ab illâ incitatus ità ſe protervè gerit, ità paratè ad vim inferendam, ut vim vi repellere neceſſe ſit. At illa modò me, modò illum, plurimi ſe facere ſimulat, ut ab utroque noſtrûm amari poſſit. Et ego quidem ab initio facilem me præbui, uti & nunc etiam præbeo: ille autem eò uſque delirat, ut ſugillationes non pudeat vulnus appellare, & in lectulo circumferri, & ſimulare ſe peſſimè habitum fuiſſe propter ſcortum quod ipſi licet ſine contentione habere, numeratâ mihi pecuniâ. Ait ſe à me inſidiis graviter

---

Reiskium μεσὸς οἶνος.

φησὶ μὴ δεινῶς ὑπεβουλευθῆναι, καὶ πρὸς ἅπαντ' ἡμῖν ἀμφισβητεῖ· ἐξὸν ἢ ἐκ τῆς ἀνθρώπου βασανιζείσης τὸν ἔλεγχον ποιήσασθαι, οὐκ ἠθέλησεν. Ἢ πρῶτον μὲν τοῦτ' ἂν κατεῖπε, πότερα κοινὴ ἡμῖν ἦν, ἢ ἰδία τούτου· καὶ πότερα τὸ ἥμισυ ἢ ἀργυρίου ἐγὼ συνεβαλόμην, ἢ οὗτος ἅπαν ἔδωκε· καὶ εἰ διηλλαγμένοι ἢ ἐπ' ἐχθροὶ ἦμεν· ἐπὶ δὲ, εἰ μεταπεμφθέντες ἤλθομεν, ἢ οὐδενὸς καλέσαντος· καὶ εἰ οὗτος ἦρχε χειρῶν ἀδίκων, ἢ ἐγὼ πρότερος τοῦτον ἐπάταξα. Τούτων καθ' ἓν ἕκαστον καὶ τῷ ἄλλων οὐδὲν ἦν ὅ,τι οὐ ῥᾴδιον τοῖς τε ἄλλοις ἐμφανὲς καὶ τούτοις ποιῆσαι.

Ὅτι μὲν οὖν οὔτε προνοία ἐγένετο, οὔτε ἀδικῶ τοῦτον, ὦ βυλὴ, ἐκ τοσούτων τεκμηρίων καὶ μαρτυριῶν ὑμῖν ὑπεδείκνυμι. Ἀξιῶ δ' ὅσον ἂν ἐγένετο σημεῖον τούτῳ πρὸς τὸ δοκεῖν ἀληθῆ λέγειν, φυγόντος ἐμοῦ τὴν βάσανον, τοσοῦτον ἐμοὶ τεκμήριον γενέσθαι ὅτι οὐ ψεύδομαι, διότι οὗτος οὐκ ἠθέλησεν ἐκ τῆς ἀνθρώπου ποιήσασθαι τὸν ἔλεγχον, καὶ μὴ τοσοῦτον ἰσχύσαι οὗτος τούτου λόγους ὅτι φησὶν αὐτὴν ἐλευθέραν εἶναι· ὁμοίως γὰρ πρόσηκεν κἀμοὶ τῆς ἐλευθερίας, τὸ ἴσον καταθέντι ἀργύριον. Ἀλλὰ ψεύδεται, καὶ οὐκ ἀληθῆ

[l. 11.] Ad ῥᾴδιον adde vel subaudi αὐτῇ.

[l. 14 & 15.] Ἐκ τοσούτων τεκμηρίων καὶ μαρτυριῶν,

esse petitum, & in omnibus vehementer mihi adversatur; nec tamen, quum licuerit veritatem elicere ex mulierculâ quæstioni subjectâ, id voluit. Quæ primùm hoc indicare poterat utrùm ipsa nobis communis fuerit, an isti propria; utrùm ego dimidium pecuniæ contulerim, an ipse totum numeraverit; utrùm reconciliati inter nos, an inimici adhuc, fuerimus; præter hæc, utrùm ego arcessitus advenerim, an nemine vocante, denique, utrùm iste injuriam incœptaverit, an ego istum prior percusserim. Horum singulatìm aliorumque nihil erat quod non facilè, cùm aliis, tùm his judicibus, planum fieri posset.

IV. Non fuisse igitur vulnus de industriâ, Senatores, neque me eum injuriâ affecisse, tot indiciis testimoniisque vobis comprobatum fuit. Obtestor autem ut quantam ejus orationi fidem attulisset, si ego quæstionem defugissem, tantam meæ afferat quòd iste ex muliere veritatem elicere recusaverit, neque tantùm valeant ipsius verba quum dicit eam esse liberam, de libertate enim ad me non minùs pertinet, qui tantumdem pecuniæ dinumeravi. Sed mentitur, nec vera affirmat. Atque id

---

ubi hæc sint tot ac tanta argumenta & testimonia, nullibi comparet; undè conjicias totam orationem ad nos non pervenisse.

λέγω. Ἦ δεινόν γε· εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος ἐκ τῶν πολεμίων, εἰ ἔδωκα τὸ ἀργύριον, ἐξῆν ἂν μοι χρῆσθαι αὐτῇ ὅτι ἐβουλόμην· κινδυνεύοντι δέ μοι περὶ τῆς πατρίδος, οὐδὲ πυθέσθαι παρ' αὐτῆς τάληθῆ ἐκμηνύσειν περὶ ὧν εἰς τὸ κρίσιν καθέστηκα. Καὶ μὲν δὴ πολὺ ἂν δικαιότερον ὅτι ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ βασανισθείη ἢ ὅτι τῇ ἐκ τῶν πολεμίων λύσει πεισθείη· ὅσῳ πολλὰ μὲν ἐκείνων βουλομένων ἀπολῦσαι, ἔστι δ' ἀλλοθεν ἀπορήσαντι κομισθῆναι· ὅτι δὲ τοῖς ἐχθροῖς γνώμων, οὐ δυνατόν. Οὐ γὰρ ἀργύριον λαβεῖν προθυμοῦνται, ἀλλ' ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν ἐμαυτὸν περὶ πλείστου ποιοῦνται.

Ὥστ' ὑμῖν πρόσκειμαι μὴ ἀποδέχεσθαι αὐτά, διὰ τοῦτο οὐκ ἀξιοῦντος βασανισθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ὅτι αὐτὴν ἐλαυθέραν ἐσκήπτετο εἶναι· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον συκοφαντίαν καταγνώσκειν, ὅτι πολλαπλῶν ἔλεγχον οὕτως ἀκριβῆ, ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ῥᾳδίως ᾠήθη. Οὐ γὰρ δήπου τήν γε τούτου

[l. 1 & 2.] Sic se habet vulg. ἦ δεινόν γε, εἰ εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος ἔδωκα τὸ ἀργύριον ἐκ τῶν πολεμίων, ἐξῆν .... quod emendavi ut legitur. Ἦ δεινόν γε, hæc tria verba per se efficiunt sententiam subaudiendo εἶη.

[l. 8.] Πραθείη, Ald. προθείη. Cod. B & Sang. habent quoque πραθείη.

[l. 9 & 10.] Κομισθῆναι hîc idem valet atque ἀνα-

sanè

ſanè indignum foret, ſi, quum mihi licuerit, datâ nempè à me pecuniâ, muliere uti pro meo libitu ad corpus redimendum ex hoſtium poteſtate; nunc adducto in id diſcriminis ut patriâ exulare timeam, non mihi liceat veritatem ab illâ ſciſcitari earum rerum de quibus in judicium venio. Atqui multò juſtiùs ob hanc cauſam mulier torqueretur, quàm propter redemptionem ab hoſtibus venum iret. Nam ſi hoſtes me vellent dimittere, aliundè pecuniam acquirens poſſem reverti in patriam, inimicis verò meis deditus, non poſſem. Non enim iſti pecuniam expetunt, ſed me patriâ ejicere ſedulò enituntur.

V. Vos itaque decet ejus orationem non admittere, qui idcircò fœminam torqueri noluit quia contendebat eam eſſe liberam, ſed eum potiùs calumniatorem judicare, quòd, rejecto tàm liquido argumento, vos putabat facillimè deceptum iri. Namque hujus provocationem ideò quia ſuos

---

κομιϑῆναι, ſubaudi εἰς τὴν πάτριδα.

[l. 10.] Οὐ δυνατὸν, ſub. κομιϑῆναι.

[l. 12 & 13.] Ἐμαυτὸν ϑεὶ πλείϛου ποιοῦνται, vulg. αὐτὸν ποιοῦνται. Pro ποιοῦνται legitur ad marginem πειρῶνται.

[l. 14.] Αὐτοῦ, adde vel ſubaudi τὸν λόγον.

[l. 19.] Pro τούτων quod habet vulg. admiſi τούτου quod eſt ad marginem, & quod habent codd. B & Sang.

φέρειν πιστότερον ὑμᾶς νομίζειν δεῖ τῆς ἡμετέρας, ἐφ' οἷς οὐ αὐτοὶ οἰκέτας ἠξίου βασανίζεσθαι. Ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνοι ἤδεσαν, ἐλθόντας ἡμᾶς ὡς τοῦτον, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν· εἰ δὲ μεταπεμφθέντες ἢ μὴ, καὶ πότερον πρότερος ἐπλήγην ἢ ἐπάταξα, ἐκείνη μᾶλλον ἂν ἤδει. Ἐπὶ δὲ, οὐ μὲν τούτου οἰκέτας, ἰδίους ὄντας τούτου, εἰ ἐβασανίζομεν, εἰκότως ἂν τι τούτῳ χαριζόμενοι καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐμοῦ κατεψεύσαντο. Αὐτὴ δὲ ὑπῆρχε κοινὴ, ὁμοίως ἀμφοτέροις ἀγγύειον καταπεθεικότων· καὶ μάλιστα ἤδη διὰ τούτων ἅπαντα τὰ πραχθέντα ἡμῖν γεγένηται, καὶ οὐ λήσει οὐδὲν ἐν τούτῃ. Ἐγὼ γ' ἂν ἄνισον εἶχον βασανιθείσης, ἀλλ' ἀπεκινδύνευον τοῦτο. Πολὺ γὰρ πρὲ πλείονος τοῦτον ἢ ἐμὲ φαίνεται ποιησαμένη, καὶ μετὰ μὲν τούτου ἐμὲ ἠδικηκυῖα, μετ' ἐμοῦ δ' οὐδεπώποτε εἰς τοῦτον ἐξαμαρτοῦσα. Ἀλλ' ὅμως ἐγὼ μὴ εἰς ταύτῃ κατέφυγον, οὐδὲ γὰρ οὐκ ὀπίσευσεν αὐτῇ.

Οὐκοῦν δεῖ ὑμᾶς, ὦ βουλὴ, τηλικούτου ὄντος καὶ κινδύνου, ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι τοῦ τούτου λόγους· ἀλλ' ἐνθυμουμένους ὅτι πρὲ τῆς παρίδος

[l. 2.] Ἐφ' οἷς, i. e. ἐπὶ τοῖς, ἐπὶ οἷς, ideò quòd.

[l. 5.] Πρότερος, vulg. πρότερον.

[l. 8.] Dedi εἰκότως pro ἀνοήτως in vulg. quod nullum ſenſum exhibet.

ſervos torqueri poſtulavit, noſtrâ credibiliorem non debetis exiſtimare. Quod enim illi nôrunt, nos nempè veniſſe ad iſtius domum, id nos ipſi confitemur. Utrùm verò arceſſiti necne venerimus, utrùm ego prior plagam receperim vel intulerim, illa meliùs noverit. Ad hæc, ſi ejus ſervos, ipſi proprios, in quæſtionem adduxiſſem, veriſimile eſt illos hero gratificantes præter veritatem me fuiſſe criminaturos. Mulier verò communis erat, quum utrique pariter hujus pretium perſolviſſemus: hujus causâ potiſſimùm omnia inter nos jurgia evenerant, adeóque illâ interrogatâ nihil latuiſſet. Non omninò quidem æqua mihi fuiſſet conditio ex illâ quæſtioni ſubjectâ, ſed tamen ejus rei faciebam periculum. Fœmina ſcilicet iſti multò magis ſtudebat quàm mihi: cum iſto conjuncta me ſæpè injuriâ affecit, iſtum autem cum me nunquam. Ego nihilominùs confugi ad aliam, dùm ille huic non credebat.

VI. Vos igitur, Senatores, in re tanti diſcriminis, non decet iſtius verba faciliùs admittere: ſed cogitantes hîc mihi de patriâ fortunisque

---

[l. 13.] Ἐν ταύτῃ, ſub. βασανιζθείσῃ.

[Ibid.] Legi ἄνισον uno verbo pro ἂν ἴσον in vulgatâ, & addidi ἄν.

μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγών ἐστι, ἐν ὑπολόγῳ ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖται. Καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις (οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν, ἀλλ' ἢ ταύτας) ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι.
5 Ἀγανακτῶ δ', ὦ βουλή, εἰ λαμὰ πόρνῃ καὶ δούλην ἄνθρωπον πρὸ τῆς μεγίστων εἰς κίνδυνον καθέστηκα· τί κακὸν πώποτε τὴν πόλιν ἢ αὐτὸν τοῦτον εἰργασμένος, ἢ εἰς τίνα τῆς πολιτῶν ὁπῶν ἐξαμάρτων; Οὐδὲν γὰρ ἔμοιγέ ἐστι δίκαιον πεπραγ-
10 μένον· ἀλλὰ λόγῳ τῷ τῆς πασῶν κινδυνεύω πολὺ μείζω συμφορὰν ἐμαυτῷ δι' τούτους ἐπαγαγέσθαι. Πρὸς οὖν παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ θεῶν τῆς τόδε τὸ χωρίον ἐχόντων, ἱκετεύω ὑμᾶς καὶ ἀνιβολῶ, ἐλεήσατέ με, καὶ μὴ προΐδητε ὅτι τούτῳ
15 γιγνόμενον, μηδὲ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ προβάλετε. Οὐ γὰρ ἀξιῶ οὔτ' ἐγὼ φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ, οὔτε δεῖν τοσαύτην δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, ὑπὲρ ὧν φησὶν ἠδικῆσθαι, οὐκ ἠδικημένος.

[1. 1 & 4.] Vulg. habet, ὁ ἀγών. Ἔστι μὲν ὑπὸ λόγῳ ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖται, καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις. Οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας, ὡς .... pro quo legi & distinxi juxtà Marklandum ut videre est. Ceterùm hîc ὡς, si nihil desit, cum infinitivo construitur. Sed loco προνοηθῆναι malim προνοήθην.

omnibus agi, provocationum noſtrarum rationem aliquam habeatis. Neque majora quæratis adhuc argumenta (non enim alia proferre poſſim) quibus conſtet me nihil iſtum conſultò deſtinaſſe. Non mediocriter autem commoveor, Senatores, quòd ob ſervam ſcortumque in diſcrimen de rebus maximis adducar. Quo tamen damno civitatem vel ipſum adverſarium aliquandò affeci? quid in quem civium admiſi? Nihil hujuſmodi eſt unquam à me factum; ſed quum verbis duntaxat aliquibus inimicos meos læſerim, in eo ſum ut, per eorum injuriam, calamitatem omnium graviſſimam experiar. Vos itaque per liberos & uxores, per deos qui hanc regionem tenent, oro atque obteſtor ut vos mei miſereſcat; neque ſinatis ut in iſtius poteſtatem redigar, neque me ſummo infortunio involvatis. Non enim æquum eſt vel me patriâ ejici, vel iſtum pœnas à me repetere tàm graves ob injurias quas dicit ſe accepiſſe, quamvis reipsâ non acceperit.

[l. 10.] Vulg. ἀλλὰ λόγῳ τὰ τῆς πάντων.... Locum obſcurum & valdè difficilem utcumque emendavi mutando τὸ in τῳ pro τινὶ, & πάντων in πασῶν ad quod ſubaudio συμφορῶν. Hîc ſupponendum, quod certè poteſt ſupponi, reum adverſarios ſuos aliquibus dictis læſiſſe.

ADVENA quidam Athenis, nomine Callias, à ſuis ſervis delatus fuerat, tanquam ſacrilegii reus; alii jam pro ipſo oraverant, Lyſias nonnulla tantùm adjicit, quibus eidem Calliæ patrocinetur.

I. Cauſas exponit breviter ob quas nunc loquitur pro Callia.

II. Miratur Calliam tàm gravibus criminibus impeti, qui

ὑΠὲΡ ΚΑΛΛΊΟΥ ἱΕΡΟΣΥΛΊΑΣ

ἀΠΟΛΟΓΊΑ.

Εἰ μὲν περὶ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ σώματος, ὦ ἄνδρες δικασταί, Καλλίας ἠγωνίζετο, ἐξήρκει ἄν μοι τὰ πρὸς τοῦ ἄλλων εἰρημένα· νῦν δέ μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, κελεύοντος τοῦ δεομένου, τοῦ φίλου ὄντος, τοῦ ἐμοί, τοῦ ἕως ἔζη, τοῦ πατρί, τοῦ πολλῶν συμβολαίων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους γεγενημένων, μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια ὅπως ἂν δύνωμαι.

Ἐνόμιζον μὲν οὖν ἔτι μετοικεῖν αὐτὸν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ὥστε πολὺ πρότερον ἀγαθοῦ τινὸς τεύξεσθαι παρ' ὑμῶν ἢ ὅτι τοιαύταις αἰτίαις εἰς τοσοῦτον κίνδυνον καταστήσεσθαι· νῦν δ' οἱ ὑπεβαλλόντες οὐχ ἥττον ὑπὲρ κίνδυνον ποιοῦσι τὸν βίον

ità præclarè ſe geſſerit ex quo Athenis degit. Optimæ hujus rationi ſervorum malefacta opponit, quibus malefactis, nec non & cauſis propter quas herum ſuum deferunt, ipſorum teſtimonia elevat.

III. Contendit omnium dominorum hodie rem agi, omnesque poſtea in perpetuo timore futuros, ſi ſervis Calliæ nunc faciliùs credatur.

PRO SACRILEGIO CALLIÆ DEFENSIO.

I. Si in ullum aliud præter capitis periculum, judices, adductus eſſet Callias, mihi ſatis eſſent quæ ab aliis jam dicta ſunt. Nunc verò quum is me ſupplex rogaverit, quum mihi patrique meo, quamdiù vixit, fuerit amiciſſimus, & multæ inter nos ſint rationes contractæ, turpe mihi videretur Calliæ, ſecundum jus, quoad poſſum non patrocinari.

II. Eum igitur exiſtimabam ità in noſtrâ civitate inquilinum vixiſſe, ut multò citiùs boni aliquid à vobis conſequeretur, quàm ob tàm graves criminationes in tantum diſcrimen veniret. Jam autem inſidiatores vivendi conditionem nihilo mi-

τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν, ἢ τοῖς πολλῶν κακῶν αἰτίοις ὄσιν. Ὑμᾶς δ' ἄξιον μὴ σὺν ἐμοὶ τοὺς θεραπόντων λόγους πιστοὺς νομίζειν, τοὺς δ' τούτων ἀπίστους· ἐνθυμουμένους ὅτι Καλλία μὲν οὐδεὶς
5 πώποτε οὔτ' ἰδιώτης ἐνεκάλεσεν, οὔτε ἄρχων, οἰκῶν δ' ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, πολλὰ μὲ ἀγαθὰ ὑμᾶς ἐποίησεν, οὐδεμίαν δὲ χρὼν αἰτίαν εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἀφῖκ'· οὗτοι δ' ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μεγάλα ἡμαρτηκότες, ἐ πολλῶν κακῶν πεπραγ-
10 μένοι, ὥςτοῦ ἀγαθοῦ τινος αἴτιοι γεγενημένοι, τοὺς ἐλευθερίας νυνὶ ποιοῦν' σὺν λόγους. Καὶ οὐ θαυμάζω· ἴσασι γὰρ ὅτι ἂν ψευδόμενοι ἐλεγχθῶσιν, οὐδὲν μεῖζον τοῦ ὑπαρχόντων πείσον', ἐὰν δ' ὑμᾶς ἐξαπατήσωσι, τοῦ παρόντων κακῶν ἔσον-
15 τες ἀπηλλαγμένοι. Καίτοι τοὺς τοιούτους οὔτε κατηγόρους, οὔτε μάρτυρας πιστοὺς χρὴ νομίζειν εἶν', οἵτινες αὐτοὶ μεγάλα κερδαίνοντες, τοὺς ἑτέρους ποιοῦν' σὺν λόγους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅσοι τοῦ δημοσίου βοηθοῦντες, εἰς κινδύνους σφᾶς αὐτοὺς
20 καθιστᾶσιν.

Ἄξιον δέ μοι δοκεῖ εἶν', οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάντων τοῦ ἐν τῇ πόλει. Οὐ γὰρ τούτοις μόνοις εἰσὶ θεράποντες,

---

[l. 3.] Τούτων, horum, nempè, patronorum Calliæ.

[l. 8.] Hîc per ὅτοι designat orator servos qui Calliam herum suum testimoniis premebant.

nùs reddunt periculosam iis qui nihil delinquunt quam iis qui plurima flagitia perpetrant. Vos porrò non decet servorum orationes magis fide dignas censere quàm hujus patronorum; cogitantes scilicet quòd Callias à nemine unquam vel privato vel potestate prædito insimulatus fuerit, idemque hujus civitatis incola vos plurimis affecerit beneficiis, nullâque suspicione notatus ad hanc ætatem pervenerit; dùm isti è contrà per totum vitæ curriculum gravissima deliquere, plurimaque mala inferre conantes, quasi beneficii alicujus autores extitissent, de libertate verba faciunt. Neque id miror: nôrunt enim quòd, si mendacii arguantur, nihil gravius præsenti fortunâ sint perpessuri; at si vos decipere queant, præsentibus malis statìm liberandi sint. Atenim hujusmodi neque accusatores neque testes fide dignos oportet existimare qui suo maximo emolumento alios deferunt; sed eos multò magis qui reipublicæ auxiliantes, seipsos conjiciunt in pericula.

III. Mihi autem videtur horum contentionem non privatam esse habendam, sed omnibus in civitate communem. Non enim his solis, verùm

---

[l. 17.] Pro κερδαίνοντες malim cum Marklando κερδανοῦντες in futuro.

[l. 21 & 23.] Τούτων, horum, scilicet Calliæ, & aliorum qui sunt in eâdem causâ. Ad eosdem refer τούτοις.

ἀλλὰ & τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἱ περὶ τὴν τούτων τύχην ἀποβλέποντες, οὐκέτι σκέψονται, ὅτι ἀγαθὸν εἰργασμένοι τοῦ δεσπότας, ἐλεύθεροι γένοιντο, ἀλλ' ὅτι ψεῦδος περὶ αὐτῶν μηνύσουσιν τες. *

[l. 1.] Hîc τούτων intelligo, ſervorum Calliæ.

* Vulgata poſt μηνύσαντες relinquit intervallum aliquod vacuum, deindè pergit ſine ullo novo titulo, ἐκ τοῦ ῥόπτρου..... Ego finivi orationem pro Callia in verbo μηνύσαντες, poſt quod, juxtà doctiores viros, Harpocratione ad vocem ῥόπτρον, ſimul & ipsâ re, admonentibus,

& ceteris omnibus ſunt ſervi; qui ad iſtorum fortunas animum attendentes, jam non ampliùs conſiderabunt quo pacto benè meriti de dominis, ſed quo pacto de iis falſa deferentes, liberi ſint evaſuri.

---

alteram incepi orationem hoc titulo, κατ' Ἀνδοκίδυ ἀσεβείας. Poſt μηνύσαντες Aldus habet λείπει, & deindè ſine ullo novo titulo ἐκ τοῦ ῥόπτρου.... Cod. Sang. orationem pro Callia finit ad vocem μηνύσαντες, & poſt duas paginas non ſcriptas, incipit ſine ullo novo titulo, πον, ἐκ τοῦ ῥόπτρου....

ANALYSIS ORATIONIS
DE ANDOCIDIS IMPIETATE.

PROPOSITUM.

ANDOCIDES nobilitate generis, ingenio & eloquentiâ inclytus, in multas magnasque incidit calamitates. Delatus fuit tanquam qui myſteria Cereris violaverat, & Mercurii ſtatuas truncaverat. Carcere incluſus unà cum patre & aliis cognatis, veros facinoris impii autores detulit, quibuscum amicitiâ & familiaritate jungebatur. Liberatus igitur eſt cùm ipſe, tùm pater & cognati, ſed eâ conditione ut ipſi non liceret neque in forum neque in templa prodire. Exul ſponte factus, plurimas peragravit Græciæ regiones, & maritimam negotiationem exercuit. Multis annis poſt tandem reverſus eſt Athenas; & quamvis extaret decretum quo omnis ipſi ſecuritas daretur propter facta ab ipſo indicia, & infirmatum eſſet quidquid probroſi in decreto contineretur, quia paulò antè & poſt triginta tyrannos, omnia civitatis jura iis civibus reddita fuerant, qui ea vel prorsùs vel partìm amiſerant, in judicium vocatus eſt & impietatis reus factus. Præcipuus accuſator fuit Cephiſſius quidam vel Cephiſius: cui Lyſias (vel alius quisquis ſit; nam Harpocratio dubitat utrum oratio hæc verè Lyſiana ſit) ſe adjunxit comitem, pro nepote cujuſdam Dioclis ſcriptâ ratione, vel potiùs peroratione, in quâ ea omnia collegit quibus maximè judices adversùs Andocidem inflammentur. Deeſt orationis initium; ſupereſt duntaxat pars aliqua phraſeos, quam latinè verti, quâ patet oratorem nonnulla retuliſſe exempla impiorum, qui pœnas impietatis dederunt memorabiles. Deindè varia perſequitur, ac

I. Contendit Andocidem à judicibus non poſſe abſolvi,

cujus impietates famosæ sunt non solùm Athenis, sed & in Græciâ universâ quam peragravit mala multa multis inferens. Non possunt servari simul & Andocides & leges civitatis; itaque vel leges abolendæ sunt, vel iste ejiciendus.

II. Istius audaciam exaggerat, qui, quum ipsi foro & templis interdicatur, in forum, in templa, in curiam prodire sustinet, atque etiam alios impietatis accusare aggreditur.

III. Ostendit non eamdem esse causam istius ac ceterorum impiorum, qui vel impietatem negant, vel facinora æquè nefaria non patraverunt, vel deos læserunt verbis tantummodò quum ipse factis læserit. Sperat istum flagitiorum suorum mox pœnas daturum quas jam dare incœpit miserâ vivendi conditione. Hinc

IV. Fusiùs percurrit vitam ipsius ex quo impiè se gessit, eamque exhibet ut omninò miserabilem sive in urbe, sive extrà urbem in diversis ipsius erroribus.

V. Admonet tùm juvenes tùm senes ut talem vitam horreant, & judices hortatur ut quò audaciùs se gerit Andocides, eò promptiùs virùm impium condemnent quem nefas est à se absolvi.

VI. Varias istius objectiones refutat, sive de indicio quod iste fecit, sive de dando indicibus præmio, sive de pactis & conventis, sive de Cephisio accusatore.

VII. Negat Andocidem ob aliqua in civitatem merita, vel bellica, vel pacifica, absolvi debere.

VIII. Concludit vividè pingendo impietatem quâ mysteria Cereris effinxit, hortando judices ut talem impium aversentur, & referendo consilium quod avus suus Diocles dederat Atheniensibus de homine quodam Megarensi deliberantibus qui sacra violaverat.

ΚΑΤ' ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ

ΑΣΕΒΕΙΑΣ.

* . . . . . .

. . . . . .

. . . . . ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ ὡς ἀποδιδοὺς· τῇ ὑποδούσῃ νυκτὶ ὑφείλετο. Οὗτος οὖν ὁ ταῦτα ποιήσας, θανάτῳ τῷ ἀλγίστῳ ἀπώλετο, λιμῷ. Πολλῶν γὰρ καὶ ἀγαθῶν αὐτῷ ὑπὸ τὴν τράπεζαν κοσμηθεμένων, ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου καὶ τῆς μάζης κάκιστον, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐσθίειν. Καὶ ταῦτα πολλοὶ ἡμῖν ἤκουον τοῦ ἱεροφάντου λέγοντος. [Ὅτι Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς καὶ φίλους ἀπώλλυ, φάσκων αὐτοὺς συνεργοὺς εἶναι.]

Δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι νῦν ὑπὲρ τούτῳ

---

* Mutila est hæc oratio, & multa initio desunt. Adducebat orator, ut conjicere licet, multa exempla impiorum qui pœnas dederant, hîcque narrationis historiæ alicujus finem habemus.

[lineâ 3.] Ἔδησε τὸν ἵππον, hæc tria verba addidi ex Harpocratione ad vocem ῥόπτρον, ubi sic: ῥόπτρον, Λυσίας κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ. . . .

CONTRA ANDOCIDEM

DE IMPIETATE.

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . religavit equum ex templi annulo quasi restitueret, insecutâ autem nocte ipsum abegit. Is igitur qui tantum facinus patraverat, genere mortis acerbissimo periit, famè. Quamvis enim multæ ei lautæque dapes in mensâ apponerentur, ex pane & maza pessimus odor ipsi videbatur afflari, nec appositorum quidquam poterat gustare. Atque hæc multi nostrûm ex hierophanta narrante audiverunt. [Quòd Andocides suos ipsius cognatos & amicos à se delatos perdidit, quum diceret eos esse conscios.]

I. Æquum igitur mihi videtur esse ea quæ olìm

[1. 8.] Ὀζειν ἐδόκει .... interpretor, ex pane & mazâ videbatur pessimus odor ipsi afflari.

[10 & 11.] Vulg. λέγοντος, ὅτι Ανδοκίδης. Conclusi phrasim in λέγοντος, deindè usque ad δίκαιον mutando ἀπολλύων vulgatæ in ἀπολλυ, arbitror cum Reiskio has omnes voces esse lectoris alicujus ista in margine notantis tanquam argumentum. Quidquid sit de iis quæ præcedunt, exorditur orationis perfectus aliquis sensus à verbo δίκαιον.

τὰ τότε λεχθέντα ἀναμνῆσαι, καὶ μὴ μόνον οὗτοι τούτου φίλους ὑπὸ τούτου καὶ τοῦ τούτου λόγων ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῦδον ὑφ' ἑαυτοῦ μνησθῆναι. Ἀδύνατον ἦ καὶ ὑμῖν δοκεῖ, πρὸς τοιούτου
5 πράγματος φέρουσι τὴν ψῆφον, ἢ κατελεῆσαι, ἢ καταχαρίσασθαι. Ἀνδοκίδῃ· ἐπισταμένοις ὅτι ἐναργῶς πρὸς τὼ θεὼ τούτω τιμωρεῖσθε οὗτοι ἀδικοῦντας. Ἐλπίσαι οὖν χρὴ πάντα ἄνθρωπον ὅντινα καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι. Φέρε δή, ἂν νυνὶ
10 Ἀνδοκίδης ἀθῶος ἀπαλλαγῇ ἡμῖν ἐκ τοῦδε τοῦ ἀγῶνος, καὶ ἔλθῃ πληρωσόμενος τοῦ ἐννέα ἀρχόντων, καὶ λάχῃ βασιλεύς, ἄλλο τι ἢ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ θυσιάσει, καὶ εὐχὰς εὔξεται κατὰ τὰ πάτρια, τὰ μὲν, ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δ', ἐν τῷ
15 Ἐλευσῖνι ἱερῷ, καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυστηρίοις, ὅπως ἂν μηδεὶς ἀδικῇ, μηδὲ ἀσεβῇ πρὸς τὰ ἱερά; Καὶ τίνα γνώμην οἴεσθε ἕξειν τοὺς μύστας

[l. 3.] Ὑφ' ἑαυτοῦ, vulg. ὑφ' ἑτέρου sine μνησθῆναι.

[l. 5.] Insolens est verbum καταλεέω, misereor, usitatius est simplex ἐλεέω.

[l. 7.] Vulg. habet, ἐναργῶς τῷ θεῷ τούτῳ τιμωρεῖτε, quod emendavi ut legitur. Τὼ θεὼ τούτω in accusativo dualis numeri, hos deos, pro has deas, nempè Cererem & Proserpinam. Ald. & cod. Sang. habent τιμωρεῖται.

[l. 8 & 9.] Ὄντινα, vulg. ὄντα. Totum hunc locum de

de Andocide dicta ſunt in memoriam nunc revocare, neque ſolùm iſtius amicos ejus operâ & propter ejus delationes interiiſſe, ſed & hunc ipſum à ſeipſo fuiſſe delatum. Vos autem de hâc causâ ſtatuentes non poteſt fieri ut Andocidem aut miſericordiâ aut veniâ proſequamini, quum intelligatis vos ad id eſſe conſtitutos ut puniatis ergà Cererem & Proſerpinam manifeſtò delinquentes. Atqui ſperare oportet omnem hominem futurum eſſe aliis qui & ſibi. Jam verò age, ſi Andocides nunc ex hoc judicio abierit abſolutus, veneritque unus ex novem magiſtratibus ſorte eligendus, & ſorte rex ſacrorum declaratus fuerit, quid aliud quàm pro nobis ſacra faciet, & vota perſolvet ſolemnia, partìm hîc in Cereris ſacello, partìm in templo quod eſt Eleuſine; idemque in die feſto myſteriorum, curam ſacrorum geret ne quis in eis delinquat, aut impiè ſe gerat? Quo tandem animo exiſtimatis fore vel initiatos

---

ſic intelligo, oportet igitur ſperare omnem hominem futurum eſſe aliis qui erit & ſibi.

[l. 9.] Pro φέρε γὰρ in vulgatâ, dedi φέρε δή.

[l. 12.] Ἄλλοτι ἢ, numquid. In hâc loquendi formâ ſub. ποιήσει, & explica, numquid aliud faciet quàm ſacrificabit.

[l. 14 & 15.] Vulg. τὰ μὲν ὂν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, in quo mendum eſt evidens.

οὐ ἀφικομένους, ἐπειδὰν ἴδωσι τὸν βασιλέα ὅστις ἐστὶ, καὶ ἀναμνησθῶσι πάντα τὰ ἠσεβημένα αὐτῷ; ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλλησας, οἳ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς ἔρχονται δεῦρο, ἢ θύειν εἰς ταύτην τὴν
5 πανήγυριν βουλόμενοι, ἢ θεωρεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἀγνὼς ὁ Ἀνδοκίδης οὔτε τοῖς ἔξω, οὔτε τοῖς ἐνθάδε, περὶ τὰ ἠσεβημένα. Ἀναγκαίως γὰρ ἔχει ἀπὸ τῶν πολὺ διαφερόντων ἢ κακῶν ἢ ἀγαθῶν ἔργων οὐ ποιήσαντας γιγνώσκεσθαι. Ἔπειτα ὃ καὶ
10 διώχλησε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θεσσαλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· βασιλέας πολλοὺς κεκολάκευκεν οἷς ἂν συγγένηται, πλὴν τοῦ Συρακουσίου Διονυσίου. Οὗτος ὁ ἢ πάντων εὐτυ-
15 χέστατός ἐστιν, ἢ πλεῖστον γνώμῃ διαφέρει τῶν ἄλλων, ὃς μόνος τῶν συγγενομένων Ἀνδοκίδῃ οὐκ ἐξεπαλήθη ὑπ' ἀνδρὸς τοιούτου, ὃς τέχνῃ ταύτῃ ἔχει, τοὺς μὲ ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν κακὸν, τοὺς δὲ φίλους ὅ,τι ἂν δύνηται κακόν. Ὥστε, μὰ τὸν
20 Δία, οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν αὐτῷ ὁτιοῦν χαριζομένοις ὠφελεῖν τὸ δίκαιον λαθεῖν τοὺς Ἕλλησας. Νῦν

[l. 4.] Ἔρχονται δεῦρο, hæ duæ voces desunt in vulgatâ.

[l. 4 & 5.] Θύειν εἰς τὴν πανήγυριν est mactare hostiam festi diei causâ.

huc advenientes, quum viderint qualis ſit rex ſacrorum, atque omnia ejus flagitia in animum revocaverint; vel ceteros Græcos qui propter feſti celebritatem Athenas accurrunt aut ſacrificaturi aut ſpectaturi? Neque enim peregrinis neque civibus ignotus eſt Andocides propter ea quæ impiè commiſit. Quippè neceſſe eſt ut ex rebus conſpicuis, benè vel malè geſtis, autores earum innoteſcant. Huc accedit quòd multas regiones in ſuis erroribus perturbaverit, Siciliam, Italiam, Peloponneſum, Theſſaliam, Helleſpontum, Ioniam, Cyprum, ac multos reges quibuscum eſt congreſſus, adulando perdiderit, uno Dionyſio Syracuſano excepto. Qui quidem ceteros omnes vel felicitate vel prudentiâ longè ſuperat, quum ſolus ex iis qui converſati ſunt cum Andocide, non deceptus fuerit ab eo homine qui eas artes exercet, ut inimicos nullo, amicos quocumque poſſit, incommodo afficiat. Ità ut, per Jovem, non vobis facile ſit latere Græcos Andocidi vel leviſſimè gra-

---

[l. 10.] Πόλεις πολλὰς, multas civitates, i. e. multas regiones.

[l. 13.] Οἷς, vulg. ᾧ.

[l. 15.] Pro πλείςων in vulgatæ textu dedi πλεῖςον juxtà marginem.

[l. 20.] Pro ὁτιῶν vulg. habet ὀδὲν quod ſenſum evidenter impedit.

οὖν ὑμῖν ἐν ἀνάγκῃ ἐστὶ βουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ. Εὖ γὰρ ἐπίστασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι οὐχ οἷόν τε ὑμῖν ἐστιν ἅμα τοῖς τε νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι· ἀλλὰ δυοῖν θάτερον, ἢ τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον ἐστὶν, ἢ ἀπαλλακτέον τοῦ ἀνδρός.

Εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται, ὥστε καὶ λέγει περὶ τοῦ νόμου, ὡς καθήρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος, καὶ ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ· ἀλλ' ἐστὶ καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Καίτοι Περικλέα ποτέ φασι πολιαινέσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούντων, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται· οὓς οὐδείς πω κύριος ἐγένετο καταλῦσαι, οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀντιφωνῆσαι, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θεάτρα ἴσασιν. Ἡγεῖται γὰρ ἂν αὐτὸς οὕτως οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς, δίδοναι δίκας. Ἀνδοκίδης γὰρ τοσοῦτον καταπεφρόνηκε τῶν θεῶν, καὶ ὧν ἐκείνοις δεῖ ἡμωρεῖν, ὥστε πολὺ μᾶλλον ἢ ἧττον ἢ ὁποσοδηποτοῦν δέκα ἡμέρας ἐν τῇ πόλει, προσεκαλέσατο δίκην ἀσεβείας πρὸς τὸν

[l. 10.] Vulg. ἱερὰ ἂν ἔτι καὶ νῦν. Juxtà Marklandum emendavi ut legitur.

[l. 17.] Ἡγεῖται, sub. ἔφη. Αὐτὸς, scilicet τὰς ἀσεβοῦντας.

tificantibus. Vobis igitur neceſſe eſt de eo conſilium capere. Benè enim intelligitis, Athenienſes, utrumque non poſſe fieri, ut & civitatis leges, & Andocidem ſervetis; ſed ex duobus alterutrum neceſſariò eligendum eſſe, ac vel leges delendas, vel hominem amoliendum.

II. Eò autem audaciæ pervenit, ut dicat legem quæ de ipſo lata eſt jam eſſe abolitam, & ſibi licere forum & templa ingredi, atque etiamnunc verſatur in curiâ Athenienſium. Atqui Periclem aiunt olìm vos de impiis admonuiſſe, ut non ſolùm adversùs eos legibus ſcriptis uteremini, verùm iis quæ non ſcriptæ ſint, quas Eumolpidæ interpretantur; quarum ſcilicet autoritatem nemo unquam potuit convellere, quibus nemo contradicere auſus eſt, & quarum latorem penitùs ignoramus: ſe enim aiebat exiſtimare iſtos hoc pacto non ſolùm hominibus, ſed etiam diis pœnas daturos. Andocides verò eò uſque deos contempſit, & homines quibus deorum ulciſcendorum cura demandata eſt, ut in urbem redux, vix ibi decem dies commoratus, dicam impietatis coram rege ſacrorum ſcriberet:

[l. 20.] Ὧν reſolve in τούτων ὅς. Τούτων, i. e. τῶν ἀνθρώπων. Ἐκείνοις, nempè, τοῖς θεοῖς.

[20 & 21.] Μᾶλλον ἢ ἧττον, gallicè, plus ou moins. Hæc tria verba velim cum Reiskio tranſponi lin. ſeq. poſt δέκα.

βασιλέα, καὶ ἔλαχεν Ἀνδοκίδης, καὶ οὗτος πεποιηκὼς ἃ πεποίηκε περὶ τοῦ θεοῦ. Καὶ ἵνα μᾶλλον φοβήσητε τὸν νοῦν, φάσκων τὸν Ἀείσιπποον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατροῦον· ὁ ὃ Ἀείσιππος ἠντιδίκει, ἢ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι, καὶ μηδὲν παθεῖν ὥσπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ· ὅμως μέντοι ἵνα μὴ ὑπὸ τούτου τοιούτου ὄντος φόβημα ἔχῃ, δοὺς δραχμὴν ἀπηλλάγη. Καίτοι ὁπότε οὗτος παρ' ἑτέρου ἠξίωσε δίκην ἀσεβείας λαβεῖν, ἢ πόσα ἑτέρους γε πολλὰ τούτου λαβεῖν δίκαιον καὶ δυσεβές ἐστιν.

Ἀλλὰ λέξει δεινὸν εἶναι εἰ ὁ μὲν μηνυτὴς τὰ ἔργα πείσει, οἱ δὲ μηνυθέντες τῶν αὐτῶν ὑμῖν ὑπόπτοι ὄντες μεθέξουσι. Καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ὁμολογήσει, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσῃ.

Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους οἱ ὑπατάξαντες καταδέξασθαι, ἀδικοῦσι, καὶ οὗ αὐτοῦ ἀσεβήματος αἴτιοι εἰσίν· εἰ δὲ ὑμεῖς αὐτοκράτορες, αὐτοὶ ἐστε οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ὑμεῖς αὐτοί, ἀλλ' οὐχ οὗτοι αἴτιοι ἔσονται. Ὑμεῖς οὖν μὴ βούλεσθε εἰς ὑμᾶς τὴν αἰτίαν ταύτην περιτρέψαι,

---

[l. 1 & 2.] In vulg. ὑπὸ τοῦ ponitur post ἃ.

[l. 3.] Φάσκων, hoc participium suspensum hæret; sed hujus affectatæ inordinationis multa occurrunt exempla apud antiquos oratores. Itaque accipe phrasim quasi legeretur ἔφασκε.

alterum, inquam, impietatis poſtulabat Andocides, tot ipſe impietatibus obſtrictus. Atque ut magis animum advertatis, Archippum arguebat de Herma ſuæ gentis violato. Contradicebat Archippus, conteſtabaturque ſtatuam hanc integram eſſe & inviolatam, neque huic idem quod ceteris contigiſſe; verumtamen ne à tali homine moleſtias acciperet, pecuniâ datâ, ab iſtis ſe calumniis liberavit. Atenim quum iſte ab alio impietatis pœnas repetere voluerit, certè has alios ab ipſo repoſcere juſtum eſt & pium.

III. Sed contendet hoc iniquum eſſe delatorem extrema pati ſupplicia, & interea delatos ejuſdem cujus vos ipſi dignitatis eſſe participes; nec ſuam cauſam ſatis habebit non defendere, verùm & alios accuſabit.

Qui igitur ceteros impios reduci juſſerunt, hi ſanè peccant, & eodem ipſi impietatis crimine tenentur. Quòd ſi vos, quum veſtri eſſetis arbitrii, debitâ pœnâ deas fraudaviſtis, tunc vos, non iſti in culpâ erunt. Nolite igitur in vosmetipſos criminationem recipere, dùm eâ poteſtis

---

[l. 5.] Ἀρίςιππος, vulg. Ἄρχιππος.

[Ibid.] Ὑγιᾶ, per contractionem pro ὑγίεα.

[l. 18, 19 & 20.] A nobis emendata eſt vulgata quæ ſic ſe habet αὐτοκράτορες ἥτε, ἃ ἐςὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ἀλλ' ἔτοι.

ὀξὺν τὸν ἀδικοῦντα κολάσασιν ἀπηλλάχθαι. Ἔπειτα δ᾽ ἐκεῖνοι μὲ λεγοῦν τὰ μεμιωμένα, ὅθεν ὁμολογεῖ ποιῆσαι. Καίτοι καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ, ὁμολογῶν μὴ ἀδικεῖν, ἀποθνήσκει· ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται, καὶ πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. Οὐκοῦν ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν περί τε τῶν λεγομένων καὶ περὶ τῶν ὁμολογουμένων.

Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλὴν ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸς μὴ κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου φεύξεται τὴν δ᾽ ἀδικηθεῖσαν πόλιν, ἢν οὖν τραύματα σκ προνοίας, καὶ ἐὰν μὴν κατίῃ, ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται· ἐὰν δέ τις τὰ αὐτὰ ταῦτα ἀδικήσῃ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, οὐδὲ αὐτῶν κωλύσετε τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν, ἢ εἰσιόντα οὐ τιμωρήσεσθε. Καὶ μὲ δὴ τούτων καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθόν ἐστιν ἐπιμελεῖσθαι, ὑφ᾽ ὧν καὶ εὖ καὶ κακῶς δυνήσεσθε πάσχειν. Φασὶ δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλοὺς διὰ τὰ ἐνθάδε ἀσεβήματα σκ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἱερῶν τῶν ὑμετέρων τινὰς ἐξείργειν· ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ οἱ ἀδικηθέντες, περὶ

[l. 6.] Vulg. καὶ πολλοὺς οὐδὲ δόξαν, quod emendavi juxtà Marklandum.

[l. 12.] Deest in vulg. πάγου, quod habet cod. Sang.

liberari, pœnis à delinquente repetitis. Deindè autem illi negant esse vera quæ deferuntur; iste confitetur se fecisse rem. Atqui in Areopago, in curiâ illâ justissimâ & sanctissimâ, qui confitetur, plectitur capite; si inficias eat, convincitur, & si comparuerit ipsum nihil deliquisse, absolvitur. Non itaque eamdem mentem vos habere decet de iis qui negant & de iis qui confitentur.

Porrò mihi videtur esse valdè inconsentaneum, si quis hominis corpus vulneraverit, vel caput, vel vultum, vel manus, vel pedes, eum ex legibus Areopagiticis ejus civitate exulare quem læserit, nempè vulneris præmeditati convictum, & si fortè redierit, delatum ad magistratus morte mulctari; at si quis eâdem injuriâ deorum statuas affecerit, eum vos non prohibere templa ingredi, vel ingressum non punire. Atqui horum vos curam gerere & æquum & bonum, quibus neglectis vel curatis, potestis habere malè vel benè. Ferunt autem & multos Græcorum nonnullos vestrûm à suis sacris arcere, propter ea quæ hîc impiè gesta sunt: vosne verò ipsi qui perpessi estis injuriam, vestras

---

[l. 13.] Ἤγουν, vulg. ἤ.

[Ibid.] Τραύμαΐος sub. ἕνεκα.

[Ibid.] Μὴν, vulg. μέν.

[l. 21 & 22] Ad ἐξείργειν, addidi ex meo τῶν ὑμετέρων τινας, quæ mihi, sicut & Reiskio, visa sunt deesse.

ἐλάττονος ποιεῖσθε τὰ παρ' ὑμῖν νόμιμα, ἢ ἕτεροι τὰ ὑμέτερα.

Τοσούτῳ δ' οὗτος διαφέρει τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γεγένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δ' ἔργῳ περὶ τὰ ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει. Ὀργίζεσθαι οὖν χρὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς ἀστοῖς ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά. Τὸ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἀλλότριόν ἐστιν ἁμάρτημα, τὸ δ' οἰκεῖον. Καὶ μὴ οὓς μὲν ἔχετε ἀδικοῦντας ἀφίετε, οὗτον δὲ φεύγοντας ζητεῖτε συλλαμβάνειν, ὑπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. Εἰ γὰρ μὴ, δόξετε τοῖς Ἕλλησι κομπάζειν μᾶλλον ἢ τιμωρεῖσθαι βούλεσθαι. Ἐπεδείξατο γὰρ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι θεοὺς οὐ νομίζει. Οὐ γὰρ ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ' ὡς θαρρῶν, ναυκληρίᾳ ὑπιθέμενος, τὴν θάλατταν ἔπλει. Ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ὑπὸ τιμῆς τροφάσει, δοῦν δίκην. Ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν καὶ δώσειν δίκην· θαυμάσιον δὲ οὐδέν ἐστιν ἂν τοῦτ' οὔπω ἐγένετο. Οὔτε γὰρ ὁ θεὸς τοσαῦτα κολάζει· ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη. Πολλαχόθεν δὲ ἔχω τεκμαρ-

[l. 7.] Pro αὐτοῖς in vulg. dedi ἀστοῖς ex cod. Sang.
[l. 17.] Ἔπτει, Ald. ἐπτήδα, cod. Sang. ἐπτίδει.

religiones minoris esse ducetis quàm alieni?

Jam tantò Andocides sceleratior extitit Diagora Melio, quòd ille verbo duntaxat aliena sacra & festa violârit, hic sacra suæ civitatis facto læserit. Vos porrò, Athenienses, civibus magis quàm peregrinis succensere oportet qui ea sacra læserint: quippè illud est alienum quasi peccatum, hoc domesticum. Neque delinquentes quos habetis dimittite, quum fugientes comprehendere studeatis, proposito argenti talento si quis vel vivos adduxerit vel interfecerit. Sin aliter, Græcis videbimini pœnas ostentare magis quàm reipsâ velle sumere. Græcis autem iste palàm significavit se non credere deos. Non enim tanquam sibi metuens propter delicta, sed quasi confidens, naucleriam artem aggressus, mare navigabat. Ipsum verò Deus huc reduxit, ut in eam ipsam quam læsit civitatem reversus, honorem ibi quæsiturus supplicium inveniret. Equidem spero istum pœnas mox daturum, sed nihil miror nondùm dedisse. Neque enim Deus statìm pœnas exposcit: ea est humani judicii ratio. Id quod ego possum conjectare ex

---

[l. 19.] Τῇ ἐμῇ in vulg. emendat Marklandus τιμῆς, quod admisi in textum.

[l. 21.] Emendavi vulgatam quæ sic habet, ὐδὲν ἂν μοι γένοιτο. Οὔτε γάρ.

μθυ@ εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους ἠσεβηκότας, χρόνῳ δεδωκότας δίκλω, καὶ οὐ ἐξ ἐκείνων, διὰ τὰ τῶν προγόνων ἁμαρτήματα. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ δέη πολλὰ καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ὑπεπέμπε
5 τοῖς ἀδικοῦσιν· ὥστε πολλοὺς ἤδη ὑπεθυμῆσαι τελευτήσαντας τῶν κακῶν ἀπηλλάχθαι· ὁ ὁ θεὸς τέλος τούτων λυμηνάμενος τῷ βίῳ θάνατον ἐπέθηκε.

Σκέψασθε ὁ καὶ αὐτοῦ Ἀνδοκίδου τὸν βίον, ἀφ' οὗ ἠσέβηκε, εἰ τις ἀθῶος ἐτερός ἐστιν. Ἀνδοκίδης
10 γὰρ ἐπειδὴ ἥμαρτεν, ἐξ ὑπεβολῆς εἰσαχθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον, ἔδησεν ἑαυτὸν πυνθάνομενος δεσμοῦ, εἰ μὴ φυγαδοίη τὸν ἀκόλουθον. Εὖ δ' ἠδει οὐ δυνησόμενος φυγαδεῖναι, ὃς διὰ τοῦτον καὶ τὰ τούτου ἁμαρτήματα ἀπέθανεν, ἵνα μὴ μηνυτὴς γένοιτο.
15 Καίτοι πῶς οὐ θεῶν τις τοῦ τούτου γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ πυνθάνεσθαι, ἢ χειρεῖν ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ; Ἐκ δ' ὧν τούτου τοῦ πυνθάνεσθαι ἐδέδετο ἐγγὺς ἑνιαυτὸν, καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος καὶ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας
20 δοθείσης αὐτῷ εἰ δόξει τἀληθῆ μηνύσαι. Καὶ τίνα

[l. 6.] Vulg. τριεθήσαντας, legi τελευθήσαντας quod habet cod. Sang.

[l. 7.] Pro τούτῳ in vulgatâ, dedi juxtà doctiores viros τούτων, nempè κακῶν.

[l. 9.] Vulg. antè εἰ habet καὶ quod delevi ut ſupervacuum & phraſim impediens.

plurimis arguens, quum videam alios quoque impios, post interjectum tempus pœnas dare, eorumque posteros propter majorum suorum flagitia. Interea tamen terrores plurimos & pericula Deus immittit sceleratis, adeò ut multi expetant suis calamitatibus per mortem liberari: at his Deus non finem imponit nisi post miseram vivendi conditionem.

IV. Considerate verò & ipsius Andocidis vitam ex quo impiè se gessit, utrùm alia quædam sit ejusmodi. Posteaquam enim Andocides flagitium admisit, mulctâ sibi irrogatâ in jus raptus, seipsum in vincula conjecit, eam sibimet pœnam statuens ni conscium sceleris traderet. Ipse autem sciebat se non posse eum tradere, qui propter istum & istius scelera mortem obierat ne ipsius delator fieret. Atenim quî non deorum aliquis hujus mentem invertit, qui duxit esse facilius vinculorum quàm pecuniæ mulctam subire eâdem spe propositâ. Ex eâ igitur ipsius æstimatione vinctus tenebatur ferè per integrum annum, & in vinculis indicium fecit cognatorum amicorumque, propositâ impunitate si visus fuisset vera indicare. Quali

---

[l. 10.] Ἐπιβολῆς, vulg. ἐπιβυλῆς.

[l. 14.] Addidi ex margine μὴ quod deest in vulg.

[l. 16.] Vulg. μαρτυρίου, emendavi cum doctioribus, ἢ ἀργυρίου.

αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔχατα
καὶ τὰ ἄχρεια ἐποίει, μηνύων καὶ τοῖς ἑαυτοῦ φί-
λοις, ἡ ἐν σωτηρία ἀφανὴς αὐτῷ; Μετὰ δὲ ταῦτα,
ἐπειδὴ ἀπεκτονὼς ἦν ὃς αὐτὸς ἔφη πρὸς πλείους
5 ποιεῖσθαι, ἔδοξε τἀληθῆ μηνύσαι, καὶ ἐλύθη.
Καὶ προσεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς
ἀγορᾶς, καὶ τοῖς ἱεροῖν, ὥστε μὴ ἀδικούμενον ὑπὸ
τῶν ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν. Οὐδεὶς δήπου,
ὅς ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι εἰσὶν, ὅτι τοιαύτῃ
10 αἰτίᾳ ἠτιμώθη. Δικαίως· οὐδὲ γὰρ ἔργα τοιαῦτα
οὐδείς πω εἰργάσατο. Καὶ τούτων πότερα σοῦ
θεοὺς χρὴ ἢ τὸ αὐτόματον αἰτιᾶσθαι;

Μετὰ δὲ ταῦτα ἔπλευσεν ὡς τὸν Κιτιέων βα-
σιλέα, καὶ προδιδοὺς ληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐδέθη.
15 Καὶ οὐ μόνον τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο, ἀλλὰ καὶ τὰ
καθ' ἡμέραν αἰκίσματα, οἰόμενος τὰ ἀκρωτή-
ρια ζῶντος ἀπολυμθήσεσθαι. Ἀποδρὰς δὲ ἐκ τούτου
τοῦ κινδύνου, κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν,
ἐπὶ τοῖς τεταρακοσίοις· ὁ γὰρ θεὸς τοσαύτην αὐτῷ
20 λήθην ἔδωκεν, ὥστε εἰς σοῦ ἠδικημένους αὐτοὺς
ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι· ἀφικόμενος δὲ ἐδέθη καὶ
ἠκίσθη. Ἀπώλετο δὲ οὐχὶ, ἀλλ' ἐλύθη. Ἔνθεν δὲ

[l. 1.] Pro ἔχαλα meliùs forsan legeretur ἀλόγιστα.
[l. 7.] Ἱερῶν, Ald. & cod. Sang. habent γερῶν.
[Ibid.] Ἀδικούμενον, vulg. ἀδικουμένῳ.
[l. 8.] Vulg. γάρ σου, emendavi δήσου.

autem animo exiſtimatis eum fuiſſe, qui extrema omnia & turpiſſima in ſe admiſit cognatos & amicos denunciando, quum ſua interea ſalus in dubio eſſet poſita. Deindè ubi mortem eis attulerat quos dixit ſe plurimi facere, viſum eſt judicibus eum vera indicaſſe, & vinculis eſt ſolutus. At decreviſtis quoque ut ipſe à foro & templis arceretur, ità ut ne læſus quidem ab inimicis pœnas poſſet expetere. Nullus ſanè, ex quo celebres ſunt Athenienſes, ob talem cauſam eſt infamatus: & quidem meritò, quum nullus unquam talia facinora perpetrare ſuſtinuerit. Atque hæc utrùm diis vel caſui fortuito imputanda ſunt?

Poſt hæc navigavit ad regem Cittienſium, & ab ipſo proditor deprehenſus in vincula conjectus eſt. Neque ſolummodò mortem timuit, verùm ſupplicia quotidiana, ne ſcilicet extremæ corporis partes ipſi viventi abſcinderentur. Effugit tamen hoc periculum, & in urbem ſuam rediit ſub Quadringentorum dominatu. Iſtum enim ità obcæcavit deus, ut ad eos quos injuriis ipſe affecerat redire cupierit. Reverſus autem, in carcerem conjectus eſt & ſuppliciis affectus. Non tamen ibi

---

[l. 10.] Hîc mutavi vulgatæ diſtinctionem quæ ſic ſe habet, ἠτιμώθη δικαίως. Οὐδὲ γάρ.

[l. 19 & 20.] Vulg. ἐπεὶ τῶν τέτρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκεν ὥστε εἰς, quod à me emendatum eſt ut legitur.

ἔπλευσεν ὡς Εὐαγόραν τὸν Κύπρου βασιλεύοντα, καὶ ἀδικήσας εἴρχθη. Ἀποδρᾶς δὲ καὶ τοῦτον, ἔφευγε μὲν οὖν ἐνθάδε θεοὺς, ἔφευγε δὲ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἔφευγε δὲ εἰς οὓς τὸ πρῶτον ἀφίκοιτο τόπους. Καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ, κακοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε; Καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν, εἰς τὴν αὐτοῦ πόλιν, τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα, ἵνα αὐτὸν πρεσβεύσειεν ἐνθάδε· ὑμεῖς δ' αὐτὸν ἐξηλάσατε ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς θεοῖς βεβαιοῦντες τοὺς νόμους οὓς ἐψηφίσασθε. Καὶ τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ τύραννος, οὐ πόλις ἐθέλει δέξασθαι διὰ τέλους· ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ἐξ ὅσου ἠσέβησεν, ἀλώμενος διέβη, πεσεῖν ἀεὶ μᾶλλον τοῖς ἀγνοῦσι τῶν γνωρίμων, διὰ τὸ ἠδικηκέναι οὓς γινώσκει. Τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ ἐνδέδεικται· καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δεσμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίνεται. Καίτοι ὅταν τίς τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει,

---

[l. 2.] Ἀποδρᾶς δὲ καὶ τοῦτον, vulg. ἀποδράσας τοῦτον, cod. Sang. ἀποδρᾶς δὲ ἐκ τούτου τοῦ κινδύνου.

[l. 7 & 8.] Εἰς δημοκρατίαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, i. e. εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν νῦν ἤδη δημοκρατουμένην.

mortem

mortem oppetiit, ſed vinculis ſolutus navigavit ad Evagoram Cypri regem, illîcque propter ſcelera rursùs in vincula conjicitur. Indè quoque evadens fugiebat deos patrios, fugiebat propriam civitatem, fugiebat loca quæcumque advenerat. Atenim quiſnam hic vitæ fructus, cum malis frequenter conflictari & nunquam requieſcere? Illinc verò navigans rediit in ſuam ipſius civitatem, utentem jam democratiâ, & prytanenſes pecuniâ induxit ut ipſum in concionem adducerent, ſed vos eum expuliſtis ex urbe, confirmatis legibus quæ à vobis in honorem deorum latæ fuerant. Denique hominem neque populus, neque tyrannus, neque democratia, neque oligarchia, unquam recipere voluerunt: verùm ex omni tempore quo impia commiſit, vitam degit vagam & profugam, plus ſemper fidens ignotis quàm notis, quia nempè notos injuriâ affecit. Poſtremùm verò in urbem redux in eodem anno bis ad judicia traductus eſt; & corpus quidem ſemper habet in vinculis, ipſiusque facultates litibus imminuuntur. Attamen quum aliquis bona ſua inter inimicos & delatores diſpertiat, illud certè non eſt vitam vitalem vive-

[l. 9.] Ἐνθάδε, vulg. ἐνθένδε.
[l. 15 & 16.] Τῶν γνωρίμων, i. e. ἢ τοῖς γνωρίμοις.
[l. 18.] Addidi ἐνιαυτῷ juxtà Reiskii mentem.
[l. 20.] Καίτοι, vulg. ἢ ſimpliciter.

Τοῦτ' ἐστὶ τὸ βιοῦν τὸν βίον ἀβίωτον. Ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν, ἀλλὰ ἡμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων. Τὸ δὲ τελευταῖον, νυνὶ παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ,τι ἂν βούλησθε· οὐ πρὸς μὴ ἀδικεῖν πεισθέντα, ἀλλ' ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενον ἀνάγκης.

Οὐκοῦν χρὴ, μὰ τὸν Δία, οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον, ὁρῶντας Ἀνδοκίδην ἐκ τῶν κινδύνων σῳζόμενον, σωφρονίσαντας ἀπρὸς ἔργα ἀνόσια εἰργασμένῳ, ἀθεωτέρους γίνεσθαι· ἐνθυμουμένους ὅτι ἡμισυς ὁ βίος βιῶναι κρείττων ἀλύπως ἐστὶ διπλασίου λυπουμένου, ὥστε οὐδ'. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥστε καὶ παρασυκοφαντεῖται ἐν τῇ πόλει, καὶ πρεσβεύει ἤδη καὶ δημηγορεῖ, καὶ ἐπιτιμᾷ, καὶ ἀποδοκιμάζει τῶν ἀρχόντων τινὰς, καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν, περὶ θυσιῶν, καὶ πρεσβειῶν, καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν. Καίτοι, τούτῳ πειθόμενοι, ποίοις θεοῖς ἡγήσεσθε κεχαρισμένα ποιεῖν; Μὴ γὰρ οἴεσθε,

---

[l. 1.] Βιῶν non habent neque Ald. neque cod. Sang.

[Ibid.] Ἃ τούτῳ, potest servari ἃ, sed malim ταῦτα.

[l. 3.] Τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων, sub. ἕνεκα.

[l. 5.] Οὐ πρὸς, vulg. ὅτω.

[l. 12.] Pro ἀλύπως in vulg. admisi ἀλύπῳ quod est in margine.

re. Quæ omnia deus istum cogitare finit, non ipsius conservandi gratiâ, sed ut impiè ab ipso gestorum pœnas repetat. Novissimè demùm seipsum vobis tradidit, ut de se statueretis quodcumque lubeat, non suâ innocentiâ fretus, sed fatali quâdam necessitate adductus.

V. Neminem igitur, per Jovem, oportet, neque ætate provectiorem, neque adolescentiorem, quum videant Andocidem ex periculis ereptum, & impia ejusdem facinora cognoscant, de diis secùs quàm deceat sentire; reputantes melius esse dimidiatam vitam sine mœrore vivere quàm cum mœrore duplicatam, qualis isti contigit. Eò autem pervenit impudentiæ ut jam factiones suborner in republicâ, & de negotiis publicis agat, & conciones habeat, & magistratuum alios vituperet, alios repudiet, & senatum ingressus suum aperiat consilium de sacrificiis, de vectigalibus, de precibus, de votis & oraculis. Atenim huic auscultantes quibusnam diis existimatis vos grata facturos? Ne enim arbitremini, judices, si vos

---

[l. 13.] Οὗτος, scil. ὁ βίος τοῦ Ἀνδοκίδου.

[l. 15.] Ἐν deest in vulg.

[Ibid.] Transposui ἤδη quod in vulg. legitur post καί.

[l. 17.] Τίνας, vulg. τισί.

[l. 18.] Πρόσοδοι, supplicationes, quum ad pulvinaria deorum aditur.

ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ ὑμεῖς βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ὑπολαθέσθαι, καὶ σοὶ θεὸς ὑπολήψεσθαι. Ἀξιοῖ δ' οὐχ ὡς ἠδικηκὼς, ἡσυχίαν ἔχων πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἐξευρὼν σοὶ τε πόλιν ἀδικήσαντας. Οὕτω δ' διανοεῖται καὶ παδαγωγιάζεται ὅπως ἑτέρων μεῖζον δυνήσεται, ὥσπερ ὑπὲρ τραγότητα καὶ ἀχολίαν τὴν ὑμετέραν οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην, εἰς ἃς νῦν ἁμαρτάνων οὐ λανθάνει· ἀλλ' ἅμα ἐξελεγχθήσεταί τε καὶ δώσει δίκην.

Ἰσχυρεῖται δ' καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ (ἀναγκαίως γὰρ ἔχω ὑμᾶς διδάσκειν ἃ σοὶ ἀπολογήσεται), ἵν' ἀκούσαντες παρ' ἀμφοτέρων, ἄμεινον διαγνῶτε)· φησὶ γὰρ ἀγαθὰ μεγάλα ποιῆσαι τὴν πόλιν, μινύσας καὶ ἀπαλλάξας δεινὰ καὶ ταραχῆς τῆς τότε. Τίς δ' τῶν μεγάλων κακῶν αἴτιος ἐγένετο; οὐκ αὐτὸς σοί, ποίησας ἃ ἐποίησεν; Εἶτα τῶν μὲν ἀγαθῶν δεῖ τούτῳ χάριν εἰδέναι, ὅτι ἐμίνυσε, μισθὸν ὑμῖν αὐτῷ διδόντων τὴν ἀδειαν, τῆς δ' ταραχῆς καὶ τῶν κακῶν ὑμεῖς αἴτιοι ἐστε, ὅτι ἐζητεῖτε σοὶ ἠσεβηκότας; οὐ δήπουθεν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τοὐναντίον. Ἐτάραξε μὲν γὰρ σοὶ τὴν πόλιν, κατεσήσατε δ' ὑμεῖς.

[l. 5.] Adjeci δὲ quod abest à vulg.

[l. 6.] Vulg. ἕτερον, legi ἑτέρων quod habet cod. Sang.

[l. 18.] Αὐτῷ, vulg. αὐτῷ.

velitis istius flagitia olivisci, deos quoque oblituros. Vult autem Andocides non in civitate versari quietus ut qui eam offenderit, sed ut qui ipse eos compererit qui eam offenderunt. Ità denique cogitat, ità seipsum comparat, ut ceteris antecellat potestate, quasi non vestræ facilitati vestrisque debeat negotiis, quòd hactenùs nullas pœnas vobis dederit, contrà quos jam non obscurè peccat: sed convincetur simul & pœnas dabit debitas.

VI. Verùm & hâc oratione nitetur (necesse enim habeo vos præmonere quæ iste pro se dicturus est, ut, verba utrorumque audientes, rectiùs statuere possitis): ait nimirùm se de civitate optimè meruisse quum indicia fecerit, & vos à metu ac tumultu tunc exorto liberaverit. At quis illorum malorum autor extitit? Nonne is ipse, per ea quæ nefariè gessit? Jam verò oportebitne ob commoda isti gratiam referre, quod fecit indicium, quum vos interea mercedem ipsi impunitatem persolveritis; tumultûs autem & malorum vos autores eritis, quòd impios conquisiviſtis? non sanè, sed è contrà, iste turbavit civitatem, vos pacaviſtis.

[l. 18 & 19.] Τῆς δὲ ταραχῆς, vulg. τῆς δ' ἀρχῆς.

[l. 20 & 21.] Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τοὐναντίον, sed hoc ipsum contrarium, nempè, hujus quod reipsâ est.

[l. 21.] Addidi γὰρ ex meo.

Πιωθάνομαι δ' αὐτὸν μέλλειν ἀπολογήσεσθαι, ὡς αἱ συνθῆκαι καὶ αὐτῷ εἰσι, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις. Καὶ τοῦτο προσχήμα ποιούμενος, οἴεται πολλοὺς ὑμῶν, δεδιότας μὴ λύσητε τὰς συνθήκας, αὐτοῦ ἀποψηφιεῖσθαι.

Ὡς οὖν οὐδὲν προσήκει Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν, περὶ τούτου λέξω· οὔτε, μὰ τὸν Δία, τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἃς ὑμεῖς συνέθεσθε, οὔτε τῶν ἃς πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἀσφ οἱ ἐκ Πειραιῶς. Οὐδενὶ γὰρ ὑμῶν τοσούτων ὄντων τὰ αὐτὰ ἁμαρτήματα οὐδ' ὅμοια ἦν τοῖς Ἀνδοκίδου, ὥστε καὶ τοῦτον τῶν συνθηκῶν ἀπολαῦσαι. Ἀλλ' οὐ, μὰ Δί', ἕνεκά γε τούτου ἀφαιρεόμενοι, ἐπιδὴ καὶ τούτῳ μετέδομεν τῶν συνθηκῶν, τότε διηλλάγημεν. Οὐ γὰρ ἕνεκεν ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἕνεκεν ἡμῶν τῶν ἐξ ἄστεος καὶ ἐκ Πειραιέως, αἱ συνθῆκαι ἐγένοντο καὶ οἱ ὅρκοι. Ἐπεί τοι δεινὸν ἂν εἴη εἰ περὶ Ἀνδοκίδου, ἀποδημοῦντες αὐτοὶ καὶ ἐνδεεῖς ὄντες, ἐπεμελήθημεν ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ γὰρ Λακεδαιμόνιοι ἐν τοῖς πρὸς

[l. 1.] Ἀπολογήσεσθαι, vulg. ἀπολογήσασθαι.

[l. 9.] Supplevi ἃς quod deest in vulg.

[Ibid.] Οἱ ἐκ Πειραιῶς, sub. ἐποιήσαντο.

[l. 11 & 12.] Vulg. post τοῦτον habet ἡμῶν quod mutavi in τῶν συνθηκῶν.

[l. 12, 13 & 14.] Vulg. habet ἀλλ' οὐ μὴ δὴ ἕνεκα

Audio & hanc defensionem ei paratam esse, ad se quoque pertinere pacta & conventa quemadmodum & ad ceteros Athenienses; atque eo veluti munimento usus arbitratur multos è vobis, veritos ne conventa violetis, ipsum esse absoluturos.

Jam autem illa conventa nihil pertinere ad Andocidem, nunc sum dicturus: neque, per Jovem, ea quæ cum Lacedæmoniis iniviſtis, neque ea quæ exules ex Piræo cum iis iniverunt qui in urbe remanserant. A nullo enim vestrûm, licet tot numero sitis, eadem neque similia flagitia admissa sunt qualia ab Andocide, ità ut ipse iisdem quæ vos conventis potiatur. At profectò non istius causâ dissidentes, tunc fuimus reconciliati postquam conventa cum isto communicavimus. Non enim unius hominis, sed nostrûm omnium gratiâ, & qui ex urbe & qui ex Piræo erant, pacta inita sunt & data juramenta. Mirum quippè fuisset si exules ipsi & inopes, curam Andocidis habuimus ut ipsius facinora delerentur. Sed anne Lacedæ-

---

γε τύτυ διαφερόμενοι (ἐπειδὴ κ᾽ τύτω μέλέδωκε τῶν συνθηκῶν, τότε διηλλάγημεν), quod juxtà doctiores viros emendavi ut legitur. Cod. Sang. habet quoque μέλέδομεν.

[l. 18.] Post αὐτοὶ addidi ex meo καί.

[l. 19 & 20.] Vulg. ἁμαρτήμαΐα ἄλλα Λακεδαιμόνιοι γὲ ἐν .... quod emendavi ut nunc legitur.

αὐτοὺς συνθήκας, ἐπεμελήθησαν Ἀνδοκίδου, ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τι ὑπ' αὐτοῦ; οὐ δῆτα. Ἀλλ' ὑμεῖς ἐπεμελήθητέ γε αὐτοῦ; ἀντὶ ποίας εὐεργεσίας; ὅτι πολλάκις δι' ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς πόλεως
5 ἐκινδύνευσεν; οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ ἀληθὴς αὕτη ἡ ἀπολογία· μηδ' ὑμεῖς ἐξαπατᾶσθε. Οὐ γὰρ τοῦτο λύειν ἐστὶ τὰ συγκείμενα, εἰ Ἀνδοκίδης ἕνεκα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων δίδωσι δίκην, ἀλλ' ἐάν τις ἕνεκα τῶν δημοσίων
10 συμφορῶν ἰδίᾳ τινὰ τιμωρῆται.

Ἴσως οὖν καὶ Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἐρεῖ ὅ,τι λέγει· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. Ἀλλ' ὑμεῖς οὐδ' ἂν δύναισθε τῇ αὐτῇ ψήφῳ τόντε ἀπολογούμενον καὶ τὸν κατηγορεῖν κολάσαι. Ἀλλὰ
15 νῦν μὲν ᾠδὶ τούτου καιρός ἐστι γνῶναι τὰ δίκαια· ἕτερος γὰρ ἐρεῖ Κηφισίῳ καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ, ὧν σοῦ νῦν μεμνήσεται. Μὴ οὖν δι' ἑτέραν ὀργὴν καὶ τούτου ἀδικοῦντος νῦν ἀποψηφίσησθε.

Ἀλλὰ λέξει ὅτι μηνυτὴς ἐγένετο· καὶ ἕτερος
20 οὐδεὶς ὑμῖν ἐθελήσει μηνύειν, ἐὰν τὰ μήνυτρα αὐτὸς μὴ κομίζηται. Ἀνδοκίδης γὰρ ἔχει τὰ μή-

---

[l. 2.] Οὐ δῆτα, hæ duæ voces desunt in vulg.

[l. 13.] Τῇ αὐτῇ, Ald. & cod. Sang. τῇ αὐτοῦ.

[l. 16.] Ἡμῶν, vulg. ὑμῶν.

[l. 17.] Καὶ quod in vulg. est post οὖν transposui post ὀργήν. Deindè intelligo ἑτέραν ὀργὴν, iram adversùs alios

monii, in fœderibus cum ipsis sancitis, curam Andocidis habuerunt ob aliquod beneficium ab ipso acceptum? minimè. Sed anne vos habuistis? quamnam gratiam rependentes? anne quòd pro vestrâ civitate sæpiùs adivit pericula? non est, Athenienses, isti hæc vera oratio; neque vos decipiamini. Non enim hoc est pacta violare, si Andocides suorum ipse dilectorum pœnas luat; sed si quis, publicas calamitates causatus, privatam sumat ultionem.

Fortassè etiam Cephissium vicissim erit criminaturus; neque deerunt quæ possit dicere (verum enim dicendum est): vos autem nullo modo potestis eâdem sententiâ reum & accusatorem condemnare. Et nunc quidem de isto tempus est statuendi quæ justa sint; aliud verò aderit Cephissio & unicuique nostrûm, quorum iste mentionem mox est facturus. Ne igitur propter iras adversùs alios reum hunc jam absolvite.

Verùm dicet se indicium fecisse, ac neminem posthac indicia facturum, si ipse indicii præmia non accipiat. At Andocides habet à vobis indicii

---

conceptam; sic Virgilius dixit, alienum vulnus, i. e. vulnus alteri destinatum. Pro ἑτέραν nonnulli doctiores velint legi ἑτέρων.

[l. 20 & 21.] Vulg. ἐὰν νομίζητε. Ἀνδοκίδης δὲ .... hæc quum nullum sensum exhibeant, & nonnulla certè desint, mutavi & supplevi juxtà Reiskium ut legitur.

νυξα παρ' ὑμῶν, σώσας τὴ αὐτῆ ψυχὴν, ἑτέρων
ἅμα ταὐτὰ ἀποθανόντων. Τῆς μὲν ὖν σωτηρίας
ὑμεῖς τύτῳ αἴτιοι ἐστὲ, τῶν ὃ κακῶν τῶνδε καὶ
τῶν κινδύνων, αὐτὸς ἑαυτῷ, ὠδαβὰς τὰ δόγμα-
5 τα, καὶ τὴ ἀδειαν ἐφ' ἣ μηνυτὴς ἐγένητο. Οὐκοῦν
ἐξουσίαν χρὴ ποιεῖν τοῖς μηνυτῶς ἀδικεῖν, (χρηεῖ
γὰρ τὰ πεποιημένα), ἀλλὰ ὠδαβαίνοντας κολά-
ζειν. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι μηνυτὰ, ὁπόσοι ἐπ'
αἰσχρᾶς αἰτίας μήπω ἐξηλεγμένοι, σφᾶς αὐτύς
10 ἐμήνυσαν, ἐν γῶν ἐπίσαντα, μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς
ἠδικημένοις· ἡγύμενοι, ἀποδημῶντες μὲν ἀθῶοι
καὶ ἐπίτιμοι δόξειν εἶν, ἐπιδημῶντες ὃ ὠδὰ τοῖς
πολίτῳς τοῖς ἠδικημένοις, πονηροὶ δόξειν καὶ
ἀσεβεῖς εἶν. Ὁ γῶν πάντων πονηρύτατος Βάτρα-
15 χος, πλὴν τύτου, γνόμῳ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα
μηνυτὴς, καὶ ὀυσῶν αὐτῷ συνθηκῶν καὶ ὅρκων, κα-
θάῳ τοῖς Ἐλευσινόθεν, δείσας ὑμῶν ὃς ἠδίκη-
σεν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ᾤκει. Ἀνδοκίδης ὃ καὶ αὐτὸς
τῦ θεῦς ἀδικήσας, ὠθεὶ ἐλάθον αὐτὸς
20 ἔθετο, εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερὰ, ἢ Βάτραχος τῦ ἀν-
θρώπους. Ὅστις ὖν καὶ πονηρύτερος καὶ ἀμαθέστερος

[l. 2.] Ταὐτὰ, vulg. ταῦτα.

[l. 8 & 9.] Vulg. ὁπόσοι μετ' αἰσχρᾶς αἰτίας ἐξηλεγμένοι, quod emendavi ex Reiskio.

[l. 15.] Πλὴν, vulg. πρίν.

præmia, quum ſuam ipſius vitam ſervaverit, aliis qui in eâdem causâ erant ſupplicio affectis. Huic ergò ſalutis vos eſtis autores, horum verò malorum periculorumque ipſe ſibi, prætergreſſus ſtatuta veſtra, eamque impunitatis conditionem ſub quâ indicium fecit. Non igitur oportet indicibus peccandi licentiam præbere (prioribus enim peccatis ignoviſſe ſufficiat), ſed delinquentes coercere. Et ceteri quidem indices, quotquot turpium facinorum nondùm convicti ſeipſos detulerunt, hoc unum ſaltem nôrunt, eis quos læſere nullas exhibere moleſtias: rati ſe ultrò exulantes habendos eſſe ab omni mulctâ & infamiâ alienos; domi autem, apud eos quos affecerunt injuriis, improbos habendos eſſe & impios. Omnium itaque improbiſſimus Batrachus, ſi hunc unum excipiatis, qui index fuit ſub imperio trigintavirorum, quanquam cum eo interceſſerant pacta & juramenta, quemadmodum cum ceteris ex Eleuſine, hic tamen vultum eorum quos offenderat reveritus, in aliâ civitate commorabatur. Andocides verò qui & deos ipſos injuriâ affecerat, ipſorum templa ingreſſus, eos minoris fecit quàm Batrachus homines. Atenim qui Batrachum ipſum pravitate

---

[l. 17.] Ἐλευσινόθεν, vulg. Ἐλευσινιόθεν.

Βαβάχου ἐστὶ, πάνυ δὴ ἀγαπητὸν ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα.

Φέρε δὴ, εἴς τι σκεψαμένους χρὴ ὑμᾶς Ἀνδοκίδου ἀποψηφίσασθαι; πότερον ὡς κραλιώτης ἀγαθός; ἀλλ' οὐδεπώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἱππεὺς, οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τριήραρχος, οὔτ' ἐπιβάτης, οὔτε πρὸ τῆς συμφορᾶς, οὔτε μὴ τὴ συμφορὰν, πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη γεγονώς. Καὶ ἕτεροι φεύγοντες ἐν Ἑλλησπόντῳ συνεξιπεράρχουν ὑμῖν. Ἀναμνήσθητε δὲ καὶ αὐτοὶ ἐξ ὅσων κακῶν καὶ πόλεμον ὑμᾶς αὐτοὺς ἀπελυτρώσατε, καὶ τὴν πόλιν, πολλὰ μὲν τοῖς σώμασιν πονήσαντες, πολλὰ δὲ καὶ ἀναλώσαντες χρήματα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, πολλοὺς δὲ καὶ ἀγαθοὺς τῶν πολιτῶν καταθάψαντες, διὰ τὸν γενόμενον πόλεμον· Ἀνδοκίδης ὁ, ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν γενόμενος, καὶ οὐδὲν εἰσενεγκὼν εἰς τὴ σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς πόλεως, ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ.

Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι,

[I. 1.] Vulg. ἀγαπητὸς, quod mutavi in ἀγαπητὸν subaudiendo ἐστί. Cod. Sang. habet πάνυ δεῖ ἀγαπῆτὸς ὑφ' ὑμῶν.

[I. 3.] Εἴς τι, vulg. εἴ τι.

[I. 4 & 5.] Πότερον, ὡς, sub. ἐστὶ, nisi mavis, quod malim, legere κραλιώτου ἀγάθου, referendo ad Ἀνδοκίδου

ſuperat & ſtultitiâ, is boni conſulere debet quòd à vobis fuerit ſervatus.

VII. Age verò in quodnam intuentes Andocidem poſſitis abſolvere? utrúmne quod bonus ſit miles? At iſte nunquam extrà civitatem militavit, nec eques, nec gravis armaturæ pedes, nec triremi præfectus, nec claſſiarius, nec antè nec poſt calamitatem urbi illatam, jam natu grandior quadragenario; quum tamen reliqui exules vobiſcum in Helleſponto triremes inſtruerent. Recordamini, quæſo, quantis ex malis, quali ex bello vos ipſos civitatemque eripuiſtis, plurimos labores corporibus perpeſſi, maximisque ſumptibus cum publicè tùm privatìm factis, multisque & bonis civibus occiſis in bello quos ſepeliiſtis. Andocides autem qui horum malorum expers fuit, & nihil contulit in patriæ ſalutem, hujus civitatis particeps eſſe poſtulat, in quâ impiè egit adversùs deos.

At certè dives, pecuniis abundans, regum &

---

quod præceſſit.

[l. 9.] Hîc ἢ accipe pro καίτοι quod legi velim.

[l. 15.] Γενόμενον, vulg. γινόμενον.

[l. 17.] Καὶ ὀδὲν ἐισενεγκὼν, hæ tres voces deſunt in vulg. deſunt, quæ mihi videntur neceſſariæ ad ſenſum.

[l. 20.] Ἀλλὰ πλεῖῶν γὲ, poteſt ſervari γὲ, ſed malim γέ.

καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένῳ καὶ τυράννοις (ἃ νυνὶ κομπάσῃ ὑπεσάμην τοὺς ὑμετέρους τρόπους) εἰσέφερε.... Ποίαν εἰσφορὰν; ἐφ' ᾗ τι ἂν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο; ὃς ὑπεσάμην ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν γινομένῳ, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰσάγων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. Ἀλλὰ μέτοικοι μ' καὶ ξένοι, ἕνεκα τῆς μετοικίας, ὠφέλουν τὴν πόλιν εἰσάγοντες· σὺ δ' τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας, ὦ Ἀνδοκίδη; ποῖα ἁμαρτήματα ἀναπαλεσάμην; ποῖα δοφεῖα ἀνταποδούς.

Ἀθηναῖοι, μνήσθητε τὰ πεποιημένα Ἀνδοκίδῃ· ἐνθυμήθητε δὲ καὶ τῆς ἑορτῆς, δι' ἣν ὑπὸ τῶν πολλῶν προὐπεμήθητε. Ἀλλ' ἐστὲ γὰρ ὑπὸ τοῦ τούτου ἁμαρτημάτων ἤδη καταπλῆγες, ἀφ' τὸ πολλάκις ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι, ὥστε οὐδὲ τὰ δεινὰ ἐπὶ δεινὰ δοκεῖ ὑμῖν εἶναι. Ἀλλὰ προσέχετε τὸν νοῦν· δοκείτω δ' ὑμῖν ἡ γνώμη ὁρᾶν ἃ δεῖ ποιεῖ, καὶ ἀφαγνώσεσθε ἄμεινον. Οὗτος γὰρ ἐνδὺς

[l. 1, 2, 3 & 4.] Vulg. habet τυράννοις. Ἃ νῦν εἰ κομπάσει, ἐπισάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ποῖαν εἰσφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο, καὶ ἐπισάμενος, quod emendavi ut legitur. Cod. Sang. habet καὶ τοῖς τυράννοις ἃ νυνὶ κομπάσει, cetera ut in vulg.

[l. 6.] Ἐπαρθεὶς, interpretor, navi devectus, delatus.

[l. 8.] Εἰσάγοντες, ſub. τὸν σῖτον.

[l. 12.] Ἀθηναῖοι, eſt apoſtrophe vehemens ad audi-

tyrannorum hoſpitio uſus (quæ jactabit modò quum veſtros mores ſatis perſpiciat), optima vobis officia præſtitit. Sed quænam officia? ob quæ quid ipſi à vobis boni continget? Qui quum ſciret civitatem in multis turbis & periculis verſatam, ratis magiſter quâ navigabat, noluit frumentum in urbem importans patriam ſuam adjuvare. Sed inquilini quidem & hoſpites inferendo commeatum hanc velut mercedem civitati noſtræ perſolverunt: tu verò, Andocides, quid boni unquam præſtitiſti? quorumnam peccatorum memoriam unquam deleviſti? quænam educationis præmia perſolviſti?

VIII. Athenienſes, ea recordamini quæ Andocides perpetravit; revocate quoque in memoriam ejus feſti ſolemnitatem quod vos apud populos effecit celebriores. At jam iſtius flagitiis occalluiſtis quodammodo toties viſis & auditis, ità ut non jam videantur horrenda quæ horrenda ſunt. Sed mentem, quæſo, advertite, & vobis animo perſuadete ea videre vos quæ hic fecerit, tuncque rectiùs quid ſtatuendum erit cognoſcetis. Hic enim

---

tores. Forſan. leg. μνήσθητε, ὦ Ἀθηναῖοι.

[l. 15.] Καλαπωλῆγες] Harpocratio καταπωλὴξ explicat ὁ συνεχῶς πεπωλημένος, qui aſſiduè percutitur, i. e. qui verberum crebritate jam nihil ſentit, qui ad verbera obduruit & occaluit.

στολὴν, μιμούμενος τὰ ἱερὰ, ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις, καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόῤῥητα. Τοὺς δὲ θεοὺς, οὓς ἡμεῖς θεοὺς νομίζομεν, καὶ θεραπεύοντες καὶ ἁγνεύοντες θύομεν καὶ προσευχόμεθα, τούτους προέκοψε· καὶ ἐπὶ τούτοις ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς στάντες, κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, καὶ φοινικίδας ἀνέσφαν, καὶ τὸ νόμιμον τὸ πάτριον καὶ ἀρχαῖον· ὡμολόγησε δὴ δεῦρο ποιῆσαι. Ἐπὶ δὲ παρελθὼν τὸν νόμον ὃν ὑμεῖς ἔθεσθε, εἴργασται τῶν ἱερῶν αὐτὸν, ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα βιασάμενος, εἰσελήλυθεν ἡμῖν εἰς τὴν πόλιν καὶ ἔθυσεν ἐπὶ τῶν βωμῶν, ἐφ' ὧν οὐκ ἐξὴν αὐτῷ, καὶ ἁπάντα τοῖς ἱεροῖς πρὶν ἀσέβησεν· εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχρανίσατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. Τίνα χρὴ ταῦτα ἀναχέασι; ποῖον φίλον, ποῖον συγγενῆ, ποῖον δικαιὴν χρὴ τούτῳ χαρισάμενον κρύβδην, φανερῶς τοῖς θεοῖς ἀπεχθέσθαι; Νῦν οὖν χρὴ νομίζειν πρωρουμένους, καὶ ἀπαλλαττομένους Ἀνδοκίδου, τὴν πόλιν καθαίρειν, ἀρὰν ἀπάγεσι καὶ ἀποδιοπομπεῖσι, καὶ

[l. 2.] Ἀμυήτοις, Ald. ἀμηνύτοις, cod. Sang. ἀμνήτοις.

[Ibid.] Post εἶπε, mihi, ut & Reiskio, videtur deesse λαμπρᾷ.

[l. 5.] Ἱέρειαι, vulg. ἱερεῖα.

[l. 7.] Pro παλαιὸν in vulg. dedi, monente Taylorio, stolâ

ſtolâ indutus, & ſacra imitatus, ea profanis aperuit & ore divulgavit quæ divulganda non erant; & deorum, quos deos eſſe nos exiſtimamus, quos religionibus, ſacrificiis & precibus honoramus & colimus, imagines mutilavit. Atque hâc de causâ ſacrificæ & ſacrifici ad occaſum verſi eum devoverunt dirisque exſecrati ſunt, purpureasque veſtes concuſſerunt more patrio & vetuſto: hic autem facinora à ſe commiſſa ipſe confeſſus eſt. Præter hæc, lege ſpretâ quam tuliſtis, eum ſcilicet à templis arceri ut devotum, his omnibus, inquam, poſthabitis & violatis, in urbem noſtram ingreſſus eſt, ſuper aras ſibi interdictas victimas immolavit, ſacra adiit quæ profanavit, intravit Eleuſinium & ex ſacro lavacro manus lavit. Quiſnam hæc debet tolerare? quemnam amicum, quemnam cognatum, quemnam judicem deceat, huic clanculùm faventem, apertè diis inimicari? Nunc igitur exiſtimare oportet, vos pœnis ab Andocide ſumptis, eoque è medio ſublato, civitatem veſtram luere

---

πάτειον.

[l. 10.] Αὐτὸν, vulg. αὐτῶν.

[l. 12.] Ἐπὶ τῶν βωμῶν, ἐφ' ὧν, vulg. ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὃν, cod. Sang. ἐπὶ τῷ βωμῶν ὧν.

[l. 16.] Τούτῳ, Ald. τοῦτο, cod. Sang. τούτῳ.

φαρμακὸν ἀποστέμψειν, καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι· ὡς ἐν τούτῳ οὗτός ἐστι.

Βούλομαι τοίνυν εἰπεῖν ἃ Διοκλῆς ὁ Ζακόρου καὶ Ἱερωφάντου, πάππος δὲ ἡμέτερος, συνεβούλευσε βουλευομένοις ὑμῖν ὅ,τι δεῖ χρῆσθαι Μεγαρεῖ ἀνδρὶ ἠσεβηκότι. Κελεύοντων γὰρ ἑτέρων ἄκριτον παραχρῆμα ἀποκτεῖναι, παρήνεσε κρῖναι, τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα, ἵνα ἀκούσαντες καὶ ἰδόντες σωφρονέστεροι οἱ ἄλλοι ὦσι· τῶν δ' θεῶν ἕνεκα οἴκοθεν ἔκαστον ἃ δεῖ τὸν ἀσεβοῦντα παθεῖν, αὐτὸν παρ' ἑαυτῷ κεκρικότα εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι. Καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (ἐπίστασθε γὰρ ἃ δεῖ ποιῆσαι) μὴ ἀναπείθητε ὑπὸ τούτου. Φανερὸς ἔχετε αὐτὸν ἀσεβοῦντα· εἴδετε, ἠκούσατε τὰ τούτου ἁμαρτήματα. Ἀντιβολήσει καὶ ἱκετεύσει ὑμᾶς· μὴ ἐλεεῖτε. Οὐ γὰρ οἱ δικαίως ἀποθνήσκοντες, ἀλλ' οἱ ἀδίκως, ἀξιοί εἰσιν ἐλεεῖσθαι. *

[l. 1.] Φαρμακὸν, Ald. φάρμακον. Φάρμακον, venenum, φαρμακὸς, ſacer & devotus, deteſtandus & execrabilis. Conſulantur in hanc vocem Suidas & Harpocratio.

& purgare, depellere piaculum, ſcelus amoliri: hujuſmodi enim iſte eſt.

Volo itaque vobis commemorare conſilium quod Diocles Zacori Hierophantæ filius, avus noſter, vobis dedit deliberantibus quid ſtatuendum eſſet de homine quodam Megarenſi qui ſacra violaverat. Nam quum ſuaderent nonnulli indictâ causâ extemplò occidere, eum judicio ſiſti juſſit hominum causâ, ut alii qui viderent & audirent, indè ſe gererent moderatiùs; deorum verò gratiâ unumquemque domo, iis ſecum jam ſtatutis quæ impius pati debet, ad tribunal accedere. Et vos, Athenienſes, (noviſtis enim quid opus ſit factu) ne huic auſcultetis. Tenetis hunc manifeſtò impietatis reum, vidiſtis, audiſtis ipſius flagitia. Obſecrabit vos & obteſtabitur: nolite miſereri. Non enim qui jure, ſed qui injuſtè pereunt, digni ſunt veſtrâ miſericordiâ.

[l. 12.] Εἰσιέναι refer ad παρήνησε.

* Harpocratio citat vocem πλειςηρεάσαντες, quam explicat ὑπερβαλόντες ἐν τῇ τιμῇ τῶν πιπρασκομένων, ut quæ extet in oratione contrà Andocidem, quæ tamen ibi non extat. Quum non ſuperſit integra oratio, forſan hæc vox legebatur in his quæ deſunt.

ANALYSIS

ORATIONIS

INSCRIPTÆ

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΗΚΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

PROPOSITUM.

NON confundenda ſunt tria hæc vocabula, ἐλαία, μορία, σηκός. Ἐλαία, erat quævis olea. Μορία erat olea fructifera, Minervæ ſacra. Hæ circà ſe habebant τέμενος, ſeu portionem quamdam ſoli conſecrati & ab uſibus profanis exempti, quod ideò nec arare, nec fodere, nec pecudibus paſcendum dare licebat; undè ſepimento muniebantur. Redemptoribus locabantur publicè harum fructus. *Curatores* erant, ἐπιμεληταὶ, ex Areopagitis, qui ſingulis menſibus de harum conditione & ſtatu inquirebant; & ſemel quotannis mittebantur ἐπισκόπωνες, *inſpectores*, ejuſdem ordinis, qui minora circà has delicta puniebant. Si quis verò convinceretur ſuccidiſſe, vel alio modo ἀφανίσαι, unam ex his ſacris oleis, mulctabatur exilio, & bona ejus in ærarium redigebantur. Σηκὸς erat truncus oleæ ſacræ jam effœtæ, nec ampliùs fructiferæ, ejuſdem ſanctitatis & juris cujus μορία. Harpocratio malè confundit μορία & σηκὸς, & indè natus eſt illius error, quòd σηκὸς hic, cujus effodiendi vel ſuccidendi reus erat is qui cauſam dicit, ter quaterve infrà appelletur μορία; & rectè quidem. Omnis enim σηκος eſt etiam μορία, quatenùs ſacer eſt, & à privatis oleis diſtinctus; ſed non vice versâ. Nulla enim μορία eſt σηκος, quoniam, ut dixi, illa eſt frugifera, hic ſte-

rilis tantùm. Ità Marklandus rectissimè res distinxit juxtà ipsam orationem. Nunc ad alia pergamus.

Nicomachus quidam in eo accusabat civem quemdam Athenienſem quòd truncum oleæ sacræ succidisset. Is postquam brevi exordio questus fuerit de calumniatoribus qui innocentiam iniquè persequuntur, & obsecraverit judices ut se ultima periclitantem attentè audiant, transit statìm ad confirmationem, & contendit se non potuisse ea delinquere quorum insimulatur:

I. Ex multorum testimoniis.

II. Ex improbabilitate criminum objectorum; quam improbabilitatem fusiùs exponit.

III. Ex ipsorum judicum testimonio.

IV. Ex suâ ipsius anteactæ vitæ ratione.

V. Ex eo quòd accusator servos datos ad quæstionem accipere noluerit.

Concludit iniquam adversariorum agendi rationem criminando, orando judices ne se innocentem & de patriâ optimè meritum opprimi patiantur, & allatas anteà rationes repetendo.

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ,

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΗΚΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.*

ΠΡΟΤΕΡΟΝ μὲν, ὦ βελὴ, ἐνόμιζον ἐξεῖναι τῷ βελομένῳ, ἡσυχίαν ἄγοντι, μήτε δίκας ἔχειν, μήτε πράγματα· νυνὶ δ' ὅπως ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις καὶ πονηροῖς συκοφάντῃς περι-
5 πέπτωκα, ὥστ', εἴ πως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ οὐ μὴ γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Διὰ γὰρ οὐ τοιούτους οἱ κίνδυνοι κοινοὶ γίγνονται καὶ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι καὶ τοῖς πολλὰ ἡμαρτηκόσι. Οὕτω δ' ἄπορον ὁ ἀγών
10 μοι καθέστηκεν, ὥστε ἀπεγράφω τὸ μὲν πρῶτον, ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν· καὶ πρὸς οὐ ἐωνημένους οὐ καρπούς τῶν μορίων πυνθανόμενοι προσεήσαν. Ἐπειδὴ δ' ἐκ τούτου οὐ τρόπου ἀδικοῦντά με οὐδὲν δύρειν ἐδυνήθησαν, νυνί με σηκὸν

---

* Harpocratio ad vocem σηκὸς inſcribit hanc eamdem orationem, ἡ τῆς εὐσεβείας ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία.

[lineâ 3 & 4.] Vulg. ἀπροσδοκήτως, dedi ἀπροσδοκήτοις, ab adjectivo communi ὁ καὶ ἡ ἀπροσδόκητος.

[l. 4.] Poteſt ſervari πονηροῖς συκοφάνταις, ſed malim

ORATIO

INSCRIPTA

ἈΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΌΣ

ὑΠὲΡ ΤΟῦ ΣΗΚΟῦ ἈΠΟΛΟΓΊΑ.

EXORDIUM.

PRIUS quidem, Senatores, cuivis licuiſſe arbitrabar, otium ſectanti, procul à litibus & negotiis ætatem agere: nunc verò in criminationes adeò inopinatas & calumnias adeò iniquas incidi, ut, ſi fieri poſſit, etiam nondùm natis ea quæ olìm poſſunt accidere jam metuenda eſſe videantur. Per hujuſmodi enim homines communia efficiuntur pericula tùm eis qui nihil admiſerint ſceleris, tùm eis qui plurima deliquerint. Contentio autem adeò incerta mihi comparata eſt ut me primùm criminarentur oleam ex agro ſuſtuliſſe; & utique eos qui ſacrarum olearum fructus redimunt interrogaturi adibant. At ubi nihil indè reperire poterant quod incuſarent, jam truncum oleæ ſacræ

πονηραῖς συκοφαντίαις.

[l. 7 & 8.] Antè κοινοὶ vulg. habet οἱ quod recidi juxtà monitum Stephani ad marginem.

ἀφανίζειν αἰτιῶν), ἡγούμενοι, ἐμοὶ μὲν ταύτῃ τὴν αἰτίαν ἀποφωτάτῳ εἶναι ἀπολύσαι, αὐτοῖς δὲ ἐξεῖναι μᾶλλον ὅ,τι ἂν βούλωνται λέγειν. Καὶ δὴ δεῖ μέν με περὶ ὧν οὗτοι ἀπεβεβουλευκὼς ἥκει, ἐν ὑμῖν τοῖς ἀγωνοθετουμένοις περὶ τοῦ πράγματος ἁπαντὸς, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι· ὅμως ἢ πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ὑμᾶς διδάξαι.

Ἦν μὲν γὰρ τοῦτο Πεισάνδρου τὸ χωρίον· δημευθέντων δὲ τῶν ὄντων ἐκείνου, Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς δωρεὰν παρὰ τοῦ δήμου λαβὼν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐγεώργει, ὀλίγῳ ἢ περὶ τοῦ Τειάκοντα, Ἀντιλλῆς παρ' αὐτὸν πριάμενος ἐξεμίσθωσεν· ἐγὼ δὲ παρ' Ἀντιλλέους εἰρήνης οὔσης ὠνούμην. Ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλὴ, ἐμὸν ἔργον ἀποδεῖξαι ὡς ἐπιδὴ τὸ χωρίον ἐπιτηδεύμην, οὔτε ἐλαία οὔτε σηκὸς ἐνῆν ἐν αὐτῷ. Νομίζω γὰρ τοῦ μὲν πρότερον χρόνου, οὐδ' εἰ πολλαὶ ἐνῆσαν μο-

---

[l. 1.] Ἀφανίζειν ..... hujus loci mutavi duntaxat interpunctionem, ut sensus indè clarus existeret. Προσήεσαν, nempè, ii qui nunc me accusant.

[Ibid.] Ex margine addidi αἰτιῶν) quod deest in textu vulgatæ. Cod. B habet ἀφανίζειν, οἰόμενοι ἐμὸν μέν.

[l. 2.] Ἀπολύσαι, vulg. ἀποδεῖξαι.

[l. 3.] Ὅ,τι ἂν βούλωνται, Ald. αἰτίαν βούλωνται. Codd. B & Sang. legunt ut vulg.

excidiſſe me criminantur, arbitrati mihi hanc criminationem difficillimam fore ad refellendam, ſibi verò liciturum quæcumque lubeat in me effutire. Oportet me nimirùm de quibus iſte per fraudem meditatus venit, coràm vobis totam rem cognituris, de patriâ fortunisque omnibus concertare; vos tamen conabor edocere à principio.

I. Agellus hic meus fuit olìm Piſandri: publicatis illius bonis Apollodorus Megarenſis eum dono à populo acceptum, per reliquum quidem temporis colebat, paululùm verò antè triginta tyrannos Anticles ab illo emit & aliis locavit; ego emi ab Anticle, pace jam factâ. Meum igitur exiſtimo, Senatores, ut demonſtrem ex eo tempore quo agrum nactus ſum neque oleam neque truncum oleæ ſacræ in eo extitiſſe. Exiſtimo enim anteacti temporis, neque ſi multæ ibi ineſſent

---

[l. 3, 4, 5 & 6.] Vulg. habet, ἃ δεῖ με περὶ ὧν ὅτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, ἀλλ' ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος ἀκούσαντες, ἃ περὶ τῆς.... Legi ut nunc legitur juxtà ſolertiſſimam Reiskii emendationem.

[l. 9 & 10.] Δὲ abeſt à vulgatâ. Codd. B & Sang. habent δημευθέντων τῶν ὄντων δ' ἐκείνου. Cod. Vindobonenſis δημευθέντων ὧν τῶν.

[l. 17.] Vulg. ἦν, legi ἐνῆν ex margine, & ex codd. B & Sang.

[l. 18.] Πολλαὶ, vulg. πάλαι.

εἶναι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι. Εἰ γὰρ μὴ δι' ἡμᾶς εἰσὶν ἠφανισμέναι, οὐδὲν προσήκει περὶ τῆς ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν. Πάντες γὰρ ἐπίσταθε ὅτι πόλεμος καὶ ἄλλων πολλῶν αἴτιος κακῶν γεγένηται· καὶ τὰ μὲν πόρρω ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐτέμνετο, τὰ δ' ἐγγὺς ὑπὸ τῶν φίλων διηρπάζετο. Ὥστε πῶς ἂν δικαίως ὑπὲρ τῆς τότε τῇ πόλει γεγενημένων συμφορῶν ἐγὼ νυνὶ δίκην διδοίην; ἄλλωστε καὶ ὅπου τοῦτο τὸ χωρίον ἐν τῷ πολέμῳ δημευθὲν, ἄπορον ἦν πλείονα ἢ τρία ἔτη. Οὐ θαυμαστὸν εἰ τότε τὰς μορίας ἐξέκοπτον, ἐν ᾧ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν φυλάττειν ἠδυνάμθα. Ἐπίσταθε δὲ, ὦ βουλὴ, μάλιστα ὅσοι τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθε, πολλὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δασέα ὄντα ἰδίαις καὶ μορίαις ἐλαίαις, ὧν νῦν τὰ πολλὰ ἐκκέκοπται, καὶ ἡ γῆ ψιλὴ γεγένηται τῆς αὐτὰ καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ ἐν τῷ πολέμῳ κεκτημένων, ὧν οὐκ ἀξιοῦτε παρ' αὐτῶν, ἑτέρων ἐκκοψάντων, δίκην λαμβάνειν. Καίτοι εἰ

[l. 8.] Post τῆς addidi τότε quod deest in vulg.

[l. 9.] Antè τοῦτο vulg. non habet ὅπου quod necessarium videtur ut constet phrasis.

[l. 14.] Μάλιστα ὅσοι, vulg. ὅσοι μάλιστα.

[l. 15 & 16.] Vulg. ἰδίαις ἐλαίαις καὶ μορίαις, restitui ordinem quem dant Ald. & codd. Sang. & Vindob. Nam rectè observat Reiskius μορία esse verum adjectivum

oleæ ſacræ, pœnas non eſſe à nobis jure poſtulandas. Quas, inquam, oleas ſi non ipſi ſuſtulimus, iniquum eſſet nos propter aliena peccata quaſi nocentes in periculum adduci. Nam vos omnes intelligitis bellum cùm aliorum multorumque malorum cauſam fuiſſe, tùm quæ abſunt longiùs à Lacedæmoniis fuiſſe ſucciſa, quæ propiora ab amicis direpta. Quo itaque jure earum calamitatum quæ civitati tunc contigerunt pœnæ à me repetantur? præſertìm quum hic fundus in bello publicatus per integrum triennium, & ampliùs, non venditum fuerit. Nihil itaque miri ſi per id temporis exſcinderentur oleæ ſacræ in quo neque proprias poſſeſſiones tutari potuimus. Noſtis autem, Senatores, vosque maximè qui harumce rerum curam geritis, multa loca illâ tempeſtate oleis cùm privatis tùm ſacris obſita fuiſſe, quarum nunc plurimæ exciſæ ſunt, & ſolum vacuum relinquitur. Quæ loca tametſi in pace atque in bello iidem poſſiderent, vos tamen ab iis, ob ea quæ alii exſciderunt, pœnas noluiſtis repetere. Atenim

---

quamvis ſubſtantivè ſumatur. Id patet ex ipſo Lyſia qui infrà p. 152, l. 15, ſcribit τῷ μοριῶν ἐλαιῶν.

[l. 17 & 18.] Vulg. γεγένη]. Καὶ τῷ αὐτῶν ἢ ἐν τῇ εἰρήνῃ ἢ ἐν τῷ πολέμῳ κεκτημένων, οὐκ ἀξιοῦται παρ' αὐτῶν .... quod emendavi ut legitur. Codd. B & Sang. habent quoque ἀξιοῦτε.

οὐ μὰ παντὸς ἂν χρόνου γεωργοῦντας τῆς αἰτίας ἀφίετε, ἵνα οὐ γ' ἐν τῇ εἰρήνῃ φριαμένους, ἀφ' ὑμῶν ἀζημίους γνέσθαι. Ἀλλὰ δὴ, ὦ βουλὴ, φεὶ μὴ τῶν φότερον γεγνομένων πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα.

Ἐπειδὴ δ' ἐγὼ παρέλαβον τὸ χωρίον, πρὶν ἡμέρας πέντε γνέσθαι, ἀπεμίσθωσα Καλλιστράτῳ, ὅτι Πυθοδώρου ἄρχοντος. Δύο δ' ἔτη ἐγεώργησεν, ὅτε ἰδίαν ἐλαίαν, ὅτε μυρίαν, ὅτε σηκὸν πολυαλαβών· τρίτῳ δ' ἔτει Δημήτριος ὅτοσὶ εἰργάσατο ἐνιαυτόν· τῷ δ' τετάρτῳ Ἀλκίᾳ, Ἀντιφάνους ἀπελυθέρῳ, ἐμίσθωσα, ὃς τεθνήκε ταῦτα τρία ἔτη, ὁμοίως ὡς ὁ πρότερον ἐμισθώσαντο. Καί μοι δεῦρο ἴτε μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει, αὐτὸς γεωργῶ. Φησὶ δ' ὁ κατήγορος, ὅτι Σουνιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. Ὑμῖν δέ με μαρτυρήκασιν οἱ πρότερον ἐργαζόμενοι, ὁ πολλὰ ἔτη παρ' ἐμοῦ μεμισθωμένοι, μὴ εἶναι σηκὸν ἐν τῷ χωρίῳ. Καίτοι πῶς ἄν τις μᾶλλον φανε-

[l. 7.] Pro simplici γενέσθαι malim cum Reiskio διαγενέσθαι.

[l. 13.] Vulg. habet ὁμοίως ὁ πρότερον ἐμισώσατο. Codd. B & Sang. legunt πρωΐ ἕως.

ſi perpetuos agrorum colonos omni culpâ abſolvitis, eos certè qui in pace coemerunt à vobis indemnes eſſe decet. Verumenimverò, Senatores, quum multa habeam quæ de temporibus anteactis dici poterant, ea quæ jam dicta ſunt ſufficere arbitror.

Poſtquam ego emptum agellum accepi, quinque diebus vix elapſis Calliſtrato elocavi, Archonte Pythodoro. Ille aravit per biennium acceptâ neque privatâ oleâ, neque ſacrâ, neque trunco ſacræ oleæ. Anno tertio per annum coluit Demetrius. Quarto demùm anno elocavi Alciæ, Antiſthenis liberto, abhinc triennium mortuo, qui agrum conduxit iiſdem quibus alii antè ipſum conditionibus. Atque huc mihi teſtes aſcendite.

TESTES.

II. Eo igitur tempore exacto ipſe colo agellum. Contendit autem accuſator, Lyſiade Archonte, ſacræ oleæ truncum me exſcidiſſe. At vobis comprobatum fuit eorum teſtimoniis qui fundum priores coluerunt per plures annos à me conductum, nullum in eo truncum ſacræ oleæ fuiſſe. Quî verò

[l. 15.] Addidi titulum ΜΑΡΤΥΡΕΣ, quem non habet vulg. Cod. B ne ſemel quidem habet μάρτυρες. Poſt μάρτυρες cod. Sang. legit μαρτυρίαι.

[l. 21.] In vulg. deeſt μᾶλλον.

ρως ἐξελέγξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον; ὁ γὰρ οἷόντε, ἃ πρότερον μὴ ἦν, ταῦτα τὸν ὕστερον ἐργαζόμενον ἀφανίζειν. Ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλή, ἐν μὲ τῷ τέως χρόνῳ, ὅσοι με φάσκοιεν δεινὸν εἶ) ἀκριβῆ, ἢ οὐδὲν ἂν εἰκῇ ἢ ἀλογίστως ποιῆσαι, ἠγανάκτουν ἂν ἡγούμενοι μᾶλλον λέγεσθαι ἢ ὡς μοι προσῆκε· νῦν δὲ πάντας ἂν ὑμᾶς βουλοίμην περὶ ἐμοῦ τούτῳ τῷ γνώμην ἔχειν, ἵνα ἡγῆσθέ με σπουδῆν, εἰ περὶ τοιούτοις ἔργοις ἐπεχείρουν, ἢ ὅ,τι κέρδος ἐγίνετο τῷ ἀφανίσαντι, ἢ ἥτις ζημία τῷ μὴ ποιήσαντι, ἢ τί ἂν λαθὼν διεπραξάμην, ἢ τί ἂν φανερὸς γιγνόμενος ὑφ' ὑμῶν ἔπαθον. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὰ τοιαῦτα οὐχ ὕβρεως ἀλλὰ κέρδους ἕνεκα ποιοῦσι. Καὶ ὑμᾶς εἰκὸς οὕτω σπουδῆν, ἢ οὐ ἀντιδίκους ὄντων τῶν κατηγορίας ποιεῖσθαι, ἀποφαίνοντας ἥτις ὠφέλεια τοῖς ἀδικήσασιν ἐγένετο.

Οὗτος μέντοι οὐκ ἂν ἔχοι ἀποδεῖξαι, οὔθ' ὡς ὑπὸ πενίας ἠναγκάσθην τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, οὔθ' ὡς τὸ χωρίον μοι διαφθείρε) τ' σπουδῆ ὄντος, οὔθ' ὡς ἀμπέλοις ἐμπεσοῦν ἦν, οὔθ' ὡς οἰκίας ἐγγὺς, οὔθ' ὡς ἐγὼ ἀπόρος τῷ παρ' ὑμῖν κινδύ-

---

[l. 7.] Addidi ἢ quod abest à vulgatâ.

[l. 10.] Vulg. ἐγένετο τῷ ἀφανίζοντι, admisi in textum emendationem marginis, quam habet etiam cod. B.

[l. 11.] Vulg. non habet μή.

aliquis accusatorem suum mendacii apertiùs convincat? non enim fieri potest ut quæ olìm non erant, ea utique colonus ultimus aboleret. Equidem, Senatores, si qui me antè hoc tempus dixissent acrem esse & diligentem, ac nihil unquam temerè agentem & inconsultò, tulissem graviter, ratus scilicet suprà hæc dici quàm de me oportuit. Nunc verò vos omnes vellem ità de me sentire, ut existimetis me perpendisse, si aliquid tale aggrederer, quid lucri accessisset exscindenti, quid damni emergeret non exscindenti; quid essem consecutus si latuissem, quid à vobis mali expertus essem deprehensus. Omnes enim homines facinora hujusmodi non lascivienti animo, sed quæstûs causâ, aggrediuntur. Et vos decet ità rem considerare, adversariosque indè accusationem instituere, declarantes ex admisso delicto quænam utilitas evenerit.

Jam iste illud demonstrare nequit neque me inopiâ coactum esse tale aliquid moliri, neque sacræ oleæ truncum vel fundo nocere, vel vitibus obesse, vel ædibus fuisse vicinum, nec denique me inscium futurorum à vobis periculorum, si

---

[l. 17.] Ἀδικήσασιν quoque codd. B & Sang. verùm Ald. ἀδικήμασιν.

[l. 19.] Prædicti codd. ἠναγκάσθην, Ald. ἠναγκάσθη.

νων, εἴ τι τύπων ἔφεπτον, πολλὰς ἂν & μεγάλας ἐμαυτῷ ζημίας γενομένας ὑφεῖδον.

Κἀγὼ δὴ ἐμηναίμην· ὃς πρῶτον μὲν μθ' ἡμέραν ἐξέκοπτον τὸν σηκὸν, ὥστε ὑ πάντας λαθεῖν
5 δέον, ἀλλὰ πάντας Ἀθηναίους εἰδέναι· ἔπειτα ὃ τοῖς ἐμαυτῷ οἰκέταις πρὸς διαῦτα ἐχρώμην. Καὶ εἰ μὲ αἰσχρὸν ἦν μόνον τὸ πρᾶγμα, ἴσως ἄν τις τῷ πρεσβύτων ἠμέλησε· νῦν δ' ὑ πρὸ αἰσχύνης, ἀλλὰ τῆς μεγίστης ζημίας ἐκινδύνευον. Πῶς δ'
10 οὐκ ἂν ἦν ἀθλιώτατος ἀνθρώπων ἁπάντων, εἰ σὺν ἐμαυτῷ θεράποντας, μηκέτι δύλους ἔμελλον ἕξειν ἀλλὰ δεσπότας, τὸν λοιπὸν βίον, δίκτον ἔργον συνειδότας; ὥστε εἰ & τὰ μέγιστα εἰς ἐμὲ ἐξημάρτανον, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν δίκην με
15 παρ' αὐτῶν λαμβάνειν· εὖ γὰρ ἂν εἰδείην ὅτι ἐπ' ἐκείνοις ἦν & ἐμὲ τιμωρήσασθαι, & αὐτοῖς μηνύσασιν, ἐλευθέροις γενέσθαι.

Ἔτι τοίνυν εἰ τῷ οἰκετῶν παρεσκευάσω μοι μηδὲν φροντίζειν, πῶς ἂν ἐτόλμησα, δύο τῶν μεμι-
20 θωμένων, & ἁπάντων συνειδότων, ἀφανίσαι τὸν σηκὸν, βραχέος μὲν κέρδους ἕνεκα, προθεσμίας

[l. 2.] Vulg. ἐμαυτῷ ζημίας γενομένας ἀποφήναιμι· ὃς πρῶτον. Hîc emendavi, ut potui, textum qui evidenter peccat.

[l. 5 & 6.] Ἔπειτα δὲ .... ἐχρώμην, hæc desunt in vulgatâ, addidi ut sensus compleretur.

quid

quid tale egiſſem, non prævidiſſe quot & quantæ mihi pœnæ reſervarentur.

At quanta fuiſſet mea inſania, qui primùm interdiù truncum ſucciderim, quaſi non opus fuiſſet hoc omnes latere, ſed cunctis Athenienſibus palàm fieri, & qui deindè meis ipſiùs ſervis ad talia uſus fuerim? Quòd ſi turpis duntaxat fuiſſet res, prætereuntes forſan quiſpiam neglexiſſet; verùm non in dedecoris modò, ſed in graviſſimi damni, periculum adducebar. Quî autem non fuiſſem omnium ſtultiſſimus, ſi famulos meos comparaſſem non jam ampliùs mihi ſervos futuros, ſed dominos per reliquam vitam, hujuſmodi facinoris conſcios? Adeò ut ſi graviſſima in me peccaſſent, nullas tamen pœnas mihi ab iis repetere licuiſſet, ſiquidem probè noveram penes illos eſſe denunciando & me ulciſci & ipſos liberos fieri.

Ad hæc, ſi in animo inſtituiſſem famulos meos nihil vereri, quo pacto fuiſſem auſus, agro tot hominibus elocato, iisque omnibus rem perſpectam habentibus, truncum exſcindere, ſpe exigui

---

[l. 9 & 10.] Vulg. πῶς ἂν ἐκ, legi ex cod. B πῶς δ' ἐκ.

[l. 18.] Vulg. εἰκότων παρέχη. Dedi οἰκείων juxtà Palmerium, & παρεχήκοι ex Aldinâ editione. Cod. B habet παρέχη μοι.

δὲ ὀδεμιᾶς οὔσης τοῦ κινδύνου, τοῖς εἰργασμένοις ἅπασι τὸ χωρίον ὁμοίως προσῆκον, εἶτ' σῶον τὸν σηκόν· ἵν' εἴ τις αὐτοὺς ἠπάτα, εἶχον ἂν ἀνενεγκεῖν ὅτῳ παρέδοσαν; Νῦν δὲ ἐμὲ ἀπολύσαντες φαί-
5 νου', καὶ σφᾶς αὐτοὺς, εἶτ' ψεύδου', μετόχους τῆς αἰτίας καθιστάντες. Εἰ τοίνυν καὶ τούτους παρεσκευασάμην, πῶς ἂν οἷός τ' ἦν πάντας πεῖσαι οὐ παιόντας, ἢ οὐ γείτονας, οἳ ὀ μόνον ἀλλήλων ταῦτ' ἴσασιν ἀ πᾶσιν ὁρᾶν ἔξεσιν, ἀλ-
10 λὰ καὶ περὶ ὧν ἀποκρυπτόμθα μηδένα εἰδέναι, καὶ περὶ ἐκείνων πυνθάνου'; Ἐμοὶ τοίνυν τούτων, οἱ μὲ φίλοι, οἱ δὲ μάφοροι περὶ τοῦ ἐμοῦ τυγχάνουσιν ὄντες. Οὓς ἐχρῆν τούτων παραχέαθαι μάρτυρας, καὶ μὴ μόνον οὕτω βλιμπεὰς κατηγο-
15 ρείας ποιεῖσθ· ὅς φησιν ὡς ἐγὼ μὲ παρεισήκειν, οἱ δ' οἰκέ' ἐξέτεμνον τὰ πρέμνα, ἀναθέμυρος ὁ βοπλάτης ᾤχετο, ἀπάγων τὰ ξύλα. Καίτοι, ὦ Νικόμαχε, χρῆν σε τότε καὶ παραβαλεῖν οὐ παιόντας μάρτυρας, καὶ φανερὸν ποιεῖν τὸ
20 πρᾶγμα· καὶ ἐμοὶ μὲ ὀδεμίαν ἂν ἀπολογίαν ἀπέλιπες, αὐτὸς δὲ, εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν, ἐν τούτῳ τοῦ τρόπῳ ἦθα ἂν με τετιμωρημένος· εἰ δὲ τῆς

[l. 3.] Ἂν ἀνενεγκεῖν, vulg. ἂν ἐνεγκεῖν.

[l. 6.] Vulg. ταῦτα, dedi ex Reiskio τούτους, & ità rem commentor; si hos quoque fundi mei conductores malis artibus ità conciliassem, ut meam in gratiam menti-

lucri, periculoque nullis limitibus temporis circumſcripto, quum priorum utique colonorum omnium pariter intereſſet, ſalvum eſſe truncum; ut ſi quis unquam ipſos incuſaret, ad eum ſe poſſent referre cuinam tradiderant? Jam verò illi me abſolvunt palàm, ſeque ipſos, ſi mentiantur, in culpæ communionem trahunt. Quòd ſi & hos ſubornavi, quomodo prætereuntes omnes potui verbis ſeducere, vel vicinos qui non ſolùm ea de ſe invicem intelligunt quæ omnibus videre eſt, verùm etiam quæ operam damus ut nemini ſuboleant, ea ipſa ſciſcitantur? Horum alii meis rebus ſunt amiciores, alii è contrà infeſti; quos oportuit harum rerum adduxiſſe teſtes, neque ſolummodò accuſationes adornare adeò temerarias. Nempè ait me aſtitiſſe, famulos ſtirpes ſuccidiſſe, atque eas deindè boum actorem plauſtro impoſitas avexiſſe. Atqui, Nicomache, oportebat te ex prætereuntibus teſtes advocaſſe, & rem manifeſtam facere. Tunc mihi nullam reliquiſſes defenſionem, tuque ipſe, ſi inimicitiæ inter nos fuiſſent, eo pacto me probè ultus fuiſſes. Quòd ſi egiſſes

---

rentur.

[l. 15.] Ὃς refertur ad τὸν καλήγορον, quod tacitè includitur verbis præcedentibus.

[l. 17.] Βουλάτης, vulg. βουλεύτης. Cod. B etiam βουλάτης.

πόλεως ἕνεκα ἔπραττες, ὅπως ἐξελέγξας, οὐκ ἂν ἐδόκεις εἶναι συκοφάντης. Εἰ δὲ κερδαίνειν ἐβούλου, τότ' ἂν πλεῖστον ἔλαβες· φανερῶς γὰρ οὕτω τοῦ πράγματος, οὐδεμίαν ἄλλην ἡγούμην ἂν εἶναί μοι σωτηρίαν ἢ σε πεῖσαι. Τούτων τοίνυν οὐδὲν ποιήσας, διὰ σοῦ τοὺς λόγους ἀξιοῖς με ἀπολέσθαι, καὶ κατηγορεῖς ὡς ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἐμῆς χρημάτων οὐδεὶς ἐθέλει σοι μαρτυρεῖν. Καίτοι εἰ φήσας μὴ ἰδεῖν τὴν μορίαν ἀφανίζοντα, σοῦ ἐννέα ἄρχοντας ἐπήγαγες, ἢ ἄλλους τινὰς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐκ ἂν ἑτέρων ἔδει σοι μαρτύρων. Οὗτοι γὰρ ἄν σοι συνῳδέσαν ἀληθῆ λέγοντι, οἵτινες καὶ ἀμφισβήσειν ἔμελλον περὶ οὗ πράττω. Δεινότατα δὲ πάσχω· ὃς, εἰ μὴ παρέχετο μάρτυρας, τούτοις ἂν ἠξίου πιστεύειν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰσὶν αὐτοί, ἐμοὶ καὶ ταύτῃ τὴν ζημίαν οἴεται χρῆναι γενέσθαι.

Καὶ τούτου μὲν οὐ θαυμάζω· ὁ γὰρ δήπου συκοφαντῶν πανταχῶς, τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει εἰ καὶ μαρτύρων ἀπορήσει. Ὑμᾶς δ' οὐκ ἀξιῶ τὴν

[l. 9.] Vulg. habet εἰ φῆς μὴ δεῖν. In phrasi emendatâ, μέ regitur ab ἰδεῖν.

[l. 10.] Ἐπήγαγες, vulg. ἀπήγαγες. Codd. B & Sang. habent etiam ἐπήγαγες.

[l. 12.] Οὗτοι, vulg. οὕτω.

[l. 14.] Animadverte vocem ὃς hærere suspensam,

reipublicæ causâ, tali productâ comprobatione, non visus fuisses calumniator: quod si lucri gratiâ; quæstum utique fecisses ingentem: re enim patefactâ, putassem nullam aliam mihi salutem relinqui quàm ut te pecuniis delinirem. Horum quum nihil feceris, tuâ solius oratione me perditum studes, & criminaris quòd propter meam potentiam & divitias nemo testimonium tibi ferre velit. Attamen, si tu, qui ais vidisse me truncum exscindentem, novem archontas adduxisses, vel alios quosdam ex Areopago, tibi testibus aliis non fuisset opus. Eo enim pacto ii ipsi conscii fuissent te vera dicere qui de causâ erant judicaturi. Iniquissima ergò patior: nam si testes ille adduxerat, eis fidem habendam esse postulasset; quum verò habeat nullos, mihi & hoc quoque in fraudem cedere oportere arbitratur.

Neque istum ego demiror: qui enim temerè calumniatur non talibus saltem verbis indigebit, si testibus indigeat. Vos autem rogo ut non eâdem

---

sed hoc non inusitatum est apud oratores Græcos.

[l. 18.] Pro τοῦτο in vulg. dedi τούτου, nempè, Nicomachi.

[l. 19 & 20.] Vulg. ἄλλα, legi τηναλλῶς, temerè, deindè addidi εἰ antè ἢ, & ad μαρτύρων addidi ἀποφήσει quod abest à vulg. & legitur in cod. Vindob.

[l. 20.] Codd. B & Sang. etiam ὑμᾶς δ' ἐκ ἀξιῶ. Ald. ὑμᾶς ἀξιῶ.

αὐτὴν τούτῳ γνώμην ἔχειν. Ἐπίσαθε γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ πολλὰς μορέας οὔσας, καὶ πυρραϊὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐμοῖς χωρίοις· ἃς, εἴπερ ἐπεθύμουν, πολὺ ἦν ἀσφαλέστερον καὶ ἀφανίσαι καὶ
5 ἐκκόψαι καὶ ἐκβράσαι, ὅσῳ περ ἧττον τὸ ἀδίκημα, πολλῶν οὐσῶν, ἔμελλε δῆλον ἔσεσθαι. Νῦν δ' οὕτως αὐτὰς περὶ πολλοῦ ποιούμεθα, ὥσπερ καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἡγούμενοι περὶ ἀμφοτέρων τούτων εἶναί μοι τὸν κίνδυνον.

10 Αὐτὰς τοίνυν ὑμᾶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ὅτι μελομένους μὲν ἑκάστου μηνὸς, ὅτι γνώμονας καὶ πέμποντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· ὧν οὐδεὶς πώποτε ἐζημίωσεν ἡμᾶς ὡς ἐργαζομένους τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία. Καίτοι οὐ δήπου τὰς μὴ μι-
15 κρὰς ζημίας οὕτω περὶ πολλοῦ ποιούμεθα, οὐδὲ περὶ σώματος κινδύνους οὕτω περὶ ὀλίγου ἡγούμεθα· καὶ τὰς μὲν πολλὰς ἐλαίας, εἰς ἃς ἐξῆν μᾶλλον ἐξαμαρτάνειν, οὕτω θεραπεύων φαίνομαι, τὴν δὲ μορίαν ἣν οὐχ οἷόν τ' ἦν λαθεῖν ἐξο-
20 ρύξαντα, ὡς ἀφανίζων, νυνὶ κρίνομαι. Πότερον δέ μοι κρεῖττον ἦν, ὦ βουλὴ, δημοκρατίας οὔσης πολιτευόμεῖν, ἢ ὅτε τῶν Τριάκοντα; καὶ οὐ λέγω

[l. 1 & 2.] Τῷ πεδίῳ. Juxtà Reiskium hîc τὸ πεδίον non videtur quivis campus esse, sed peculiariter illa agri attici regio, undè PEDIASII sunt dicti.

mente esse velitis. Scitis ipsi multas esse in *Pedio* oleas publicas, multasque piceas in aliis meis fundis. Quas, si ità affectus fuissem, multò tutius erat auferre & exscindere, terramque vicinam colere, quantò delictum, quum permultæ sint, occultius erat futurum. Jam verò eas tanti facio quanti ceteras possessiones, existimans scilicet mihi ex utrisque periculum imminere.

III. Atque horum vosmetipsos testes producam, qui rem unoquoque mense curantes ipsi, inspectores item annuos mittitis: quorum nemo me unquam mulctavit, quòd loca coluerim sacris oleis consita. Attamen non is sum qui mulctas leves tanti faciam, capitis verò discrimina adeò negligam: non is sum qui oleas ità multas, in quas impuniùs licebat delinquere, tantâ religione servaverim, unicum autem sacræ oleæ truncum, qui clanculùm succidi nequeat, quòd sustulerim, hodie in judicium adducar. Utrùm mihi præstabilius fuisset, Senatores, in democratiâ leges transgredi, an sub triginta viris? Neque hæc dico quasi

---

[l. 2.] Vel mutandum πυρκαϊὰς in πεύκας, vel accipiendum quasi πεύκας.

[l. 11.] Vulg. γνώμονας, dedi ἐπιγνώμονας ex Harpocratione ad vocem ἐπιγνώμων.

[l. 13.] Post ἐζημίωσεν addidi ἡμᾶς.

[l. 19.] Codd. B & Sang. λαθεῖν ut vulgata, Ald. λαβεῖν.

ὡς τότε δυνάμενος, ἢ ὡς νῦν ἀναβεβλημένος; ἀλλ' ὡς τῷ βουλομένῳ τότε μᾶλλον ἐξῆν ἀδικεῖν ἢ νυνί. Ἐγὼ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ οὔτε τοιοῦτο οὔτε ἄλλο οὐδὲν κακὸν ποιήσας φα-
5 νήσομαι. Πῶς δ' ἂν, εἰ μὴ πάντων ἀνθρώπων ἐμαυτῷ κακονούστατος ἦν, ὑμῖν οὕτως ὀπιμελουμένων, ἐκ τούτου τὴν μορίαν ἀφανίζειν ἐπεχείρησα τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ δένδρον μὲ οὐδὲ ἕν ὄστι, μιᾶς ἢ ἐλαίας σηκὸς, ὡς οὗτός φησιν εἶναι· κυκλόθεν ἢ
10 ὁδὸς διέχει, ἀμφοτέρωθεν ἢ γείτονες διοικοῦσιν· ἄερκτον δὲ καὶ πανταχόθεν κάτοπτόν ὄστιν. Ὥστε τίς ἂν ἀπολόμησε, τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπιχειρῆσαι τοιούτῳ φάρμακι; Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὑμᾶς μὲ οἷς ὑπὸ τῆς πόλεως τὸν ἅπαντα
15 χρόνον προστέτακται τοῦ μορίων ἐλαιῶν ὀπιμελεῖσθαι, μήθ' ὡς ἐπεργαζόμενον πώποτε ζημιῶσαι, μήθ' ὡς ἀφανίζοντα εἰς κίνδυνον καταστῆσαι· τοῦτον δ' ὃς οὔτε γεωργῶν ἐγκὺς τυγχάνει, οὔτ' ὀπιμελητὴς ἠρημένος, οὐδ' ἡλικίαν ἔχων εἰδέ-
20 ναι περὶ τοῦ τοιούτου, ἀπογράψαι με εὐθὺς μορίαν ἀφανίζειν.

Ἐγὼ τοίνυν δέομαι ὑμῖν μὴ τοὺς τοιούτους

[l. 2.] Hîc ἔξον magis congrueret quàm ἐξῆν.

[l. 11.] Ἄερκτον, inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ ἄφρακτον, καὶ πανταχόθεν καθορώμενον.

[l. 16.] Vulg. ἀπεργαζόμενον, dedi ἐπεργαζόμενον

tunc multùm valuerim, vel nunc calumniis impeti ſinar; ſed quòd volenti peccare major tunc quàm nunc dabatur licentia. Me igitur neque per illud tempus tale aliquid, aut quidquam omninò mali commiſiſſe apparet. Quî autem, niſi fuiſſem mihimet inimiciſſimus, quum vos tantam adhibeatis diligentiam, ex eo fundo ſacram oleam tentaſſem exſcindere, in quo nulla prorsùs arbor ineſt præter unicæ oleæ truncum, ut dicit accuſator; quem iter publicum utrimque cingit, utrimque circumhabitant vicini; qui utrimque ſine ſepto eſt & omnibus conſpicuus? quis itaque, quum res ità ſe habeant, ſuſtinuiſſet tale facinus aggredi? Mihi verò non videtur ferendum, quum vos quibus à civitate per omne tempus demandatur ſacrarum olearum curam gerere, me nunquam vel mulctaveritis quòd loca oleis conſita araverim, vel in capitis diſcrimen adduxeritis quòd eas ſuſtulerim; iſtum hominem qui neque agrum colit in viciniâ, neque curator unquam eſt electus, neque eâ ſit ætate ut de his rebus quidquam ſcire poſſit, mihi litem oleæ exciſæ ità temerè ſcribere.

IV. Quapropter vos oro ut nolitis hujuſmodi

---

ex margine & ex cod. B.

[l. 20.] Vulg. ἐγγὺς, legi εὐθὺς cum Marklando.

[l. 22.] Pro τοιούτους Reiskius malit τούτου.

λόγους πολέμους ἡγήσασθαι τῶν ἔργων, μηδὲ περὶ ὧν αὐτοὶ σύνισμεν, ταῦτ' ἀναχέας τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν λεγόντων· ἐνθυμουμένους καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης πολιτείας. Ἐγὼ γὰρ τὰ
5 ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, ἢ ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην, καὶ τριηραρχῶν, καὶ εἰσφορὰς εἰσφέρων, καὶ χορηγῶν, καὶ τἄλλα λειτουργῶν, οὐδενὸς ἧττον πολυτελῶς τῶν πολιτῶν. Καίτοι ταῦτα μὴ μετρίως
10 ποιῶν, ἀλλὰ μὴ προθύμως, οὔτ' ἂν περὶ φυγῆς οὔτ' ἂν περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας ἠγωνιζόμην· πλείω δ' ἂν ἐκεκτήμην, οὐδὲν ἀδικῶν, οὐδ' ὀπικίνδυνον ἐμαυτῷ κατεστήσας τὸν βίον. Ταῦτα δὲ πράξας ἃ οὗτός με κατηγορεῖ, ἐκέρδαινον μὴ
15 οὐδέν, ἐμαυτὸν δ' εἰς κίνδυνον καθίστην. Καίτοι πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε, δικαιότερον εἶναι τοῖς μεγάλοις χρῆναι τεκμηρίοις περὶ τῶν μεγάλων, καὶ πιστότερα ἡγεῖσθαι περὶ ὧν ἅπασα ἡ πόλις μαρτυρεῖ, μᾶλλον ἢ περὶ ὧν μόνος οὗτος κατηγορεῖ.
20 Ἐπὶ τούτοις, ὦ βουλή, ἐκ τῶν ἄλλων σκέψασθε. Μάρτυρας γὰρ ἔχων αὐτῷ προσῆλθον, λέγων ὅτι μοι πάντες εἰσὶν οἱ θεράποντες, ὃς ἐκε-

---

[l. 1.] Ἡγήσασθαι, vulg. ἡγήσεσθαι.
[l. 6.] Addidi ἢ quod abest à vulg.
[l. 8 & 9.] Pro παντελῶς admisi πολυτελῶς ex mar-

orationes majori fide dignas cenſere quàm res ipſas; neque quorum vos eſtis conſcii, de iis inimicos meos dicentes tolerare; vobiſcum reputantes tùm ex iis quæ à me dicta ſunt, tùm ex ceterâ quoque meâ vivendi ratione. Ego enim omnia quæ mihi injuncta fuere, alacriùs peregi quàm à civitate cogebar, & triremes adornans, & ſolvens tributa, & choregias agens, ceterisque functus officiis. Atqui ſi hæc non tantâ alacritate, ſed mediocriter tantùm feciſſem, neque de patriâ tamen, neque de fortunis meis veniſſem in periculum: at plura poſſiderem nullâ in quemque factâ injuriâ, neque ſalute meâ in diſcrimen adductâ. Verùm ſi hæc patraſſem quorum iſte me incuſat, nullo indè quæſtu comparato, meipſum in diſcrimen capitis conjeciſſem. Atenim vos omnes fatebimini rectius eſſe in rebus magni momenti magnis uti argumentis, atque ea majori fide digna exiſtimare quæ teſtatur univerſa civitas quàm quæ iſte unus criminatur.

V. Jam verò, Senatores, & alia ſpectate. Ad hominem enim acceſſi cum teſtibus, & ſignificavi mihi præſtò adeſſe omnes famulos quos habui

---

gine & ex codd. B & Sang.

[21 & 22.] Γὰρ ἔχων, & deindè λέγων, vulg. παρέχων, λόγων. Codd. B & Sang. habent quoque λέγων.

κτήμην ἐπιδὴ παρέλαβον τὸ χωρίον, καὶ ἕτοιμος ἦμην, εἰ πνα βούλοιτο, παραδοῦναι βασανίζειν· ἡγούμενος οὕτως ἂν τὸν ἔλεγχον ἰσχυρότερον γενέσθαι τοῦ τούτου λόγων καὶ τοῦ ἔργων τοῦ ἐμοῦ.
5 Οὗτος δ' οὐκ ἤθελεν, οὐδὲν φάσκων πιστὸν εἶναι τοῖς θεράποσιν. Ἐμοὶ δ' δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι εἰ περὶ αὐτῶν μὲν οἱ βασανιζόμενοι κατηγοροῦσιν, εὖ εἰδότες ὅτι ἀποθανοῦν· περὶ δ' τῶν δεσποτῶν, οἷς πεφύκασι κακονοῦστατοι, μᾶλλον ἂν εἵλοντο
10 ἀνέχεσθαι βασανιζόμενοι, ἢ κατειπόντες ἀπηλλάχθαι τῶν παρόντων κακῶν. Καὶ μὲν δή, ὦ βουλή, φανερὸν οἶμαι εἶναι, ὅτι εἰ Νικομάχου ἐξαιτοῦντος τοὺς ἀνθρώπους, μὴ παρεδίδουν, ἐδόκουν ἂν ἐμαυτῷ ξυνειδέναι. Ἐπιδὴ τοίνυν,
15 ἐμοῦ παραδιδόντος, οὗτος παραλαβεῖν οὐκ ἤθελε, δίκαιον καὶ περὶ τούτου τὴν αὐτὴν γνώμην χεῖν· ἄλλως τε καὶ οὐ κινδύνου οὐκ ἴσου ἀμφοτέροις ὄντος. Περὶ ἐμοῦ μὲν γὰρ εἰ ἔλεγον, οὐδὲν ἀπολογήσασθαί μοι ἐξεγένετο· τούτῳ δ' εἰ μὴ
20 ὡμολόγουν ἃ οὗτος ἐβούλετο, οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ἔνοχος ἦν. Ὥστε πολὺ μᾶλλον τοῦτον παραλαμβάνειν ἐχρῆν, ἢ ἐμὲ παραδοῦναι προσήκει. Ἐγὼ τοίνυν

[l. 6.] Addidi ex margine θαυμαστὸν quod abest à vulg.

[l. 12.] Pro εἰπεῖν in vulg. admisi εἶναι juxtà doctio-

quandò agellum ego mercatus ſum, meque paratum eſſe quemcumque vellet ad quæſtionem tradere: quippè exiſtimabam validiorem indè probationem exorturam cùm eorum quæ ille dixit tùm eorum quæ ego feci. Ille noluit, affirmans nullam fidem ſervis habendam eſſe. At mihi ſanè mirùm videtur, qui ob ſua delicta torti confitentur rem quum certò ſibi moriendum ſciant; eos in dominorum ſuorum causâ, contrà quos inimiciſſimum animum gerunt, cruciatus ſufferre malle quàm vera confitentes à præſentibus malis liberari. Atqui, Senatores, id conſtare arbitror, ſi, Nicomacho ſervos poſtulante, ego non tradidiſſem, me viſurum fuiſſe mihimet malè conſcium. Quum igitur me tradente ſervos, iſte noluerit accipere, par eſt ut idem de iſto quoque judicetur; præſertìm quum noſtrûm utrique non ſimile futurum eſſet periculum. Nam ſi illi me accuſaſſent, mihi nullus defenſioni locus eſſet relictus; ad iſtum verò, quamvis illi non confeſſi eſſent quæ volebat, nihil indè damni perveniret. Eum itaque multò magis oportebat accipere ſervos quàm me tradere. Ceterùm in hoc ità me alacrem præſtiti,

---

res. Codd. B & Sang. legunt φανερὸν εἶναι εἰπεῖν.

[l. 22.] Marklandus velit προσήκει mutari in προσῆκεν quia præceſſit ἐχρῆν.

εἰς τοῦτο προθυμίας ἀφικόμην, ἡγούμενος μετ' ἐμοῦ εἶναι καὶ κατανοῶν καὶ κατεγνωκὼς καὶ τεκμηρίων, ὑμᾶς τοὺς τοιούτους πάλαι πυθέσθαι.

Ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρὴ, ὦ βουλὴ, ποτέροις χρὴ πιστεύειν μᾶλλον, οἷς πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν, ἢ ᾧ μηδεὶς τετόλμηκε· καὶ πότερον εἰκὸς μᾶλλον τοῦτον ἀκινδύνως ψεύδεσθαι, ἢ μετὰ τοσούτου κινδύνου τοιοῦτον ἐμὲ ἔργον ἐργάσασθαι· καὶ πότερον οἴεσθε αὐτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως βοηθεῖν, ἢ συκοφαντοῦντα αἰτιάσασθαι. Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἡγοῦμαι εἰδέναι, ὅτι Νικόμαχος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πεισθεὶς τῶν ἐμοῦ τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἀγωνίζεται, οὐχ ὡς ἀδικοῦντα ἐλπίζων ἀποδείξειν, ἀλλ' ὡς ἐγκύριον παρ' ἐμοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν. Ὅσῳ γὰρ οἱ τοιοῦτοι εἰσὶν ἐπαιτιώτατοι καὶ ἀπορώτατοι τῶν κινδύνων, τοσούτῳ πάντες αὐτοὺς φεύγουσι μάλιστα. Ἐγὼ δ', ὦ βουλὴ, οὐκ ἠξίουν, ἀλλ' ἐπειδήπερ με ἠπάσατο, παρέχον ἐμαυτὸν ὅπου βούλεσθε χρῆσθαι· καὶ τούτου οὕνεκα τοῦ κινδύνου οὐδενὶ ἐγὼ τῶν ἐχθρῶν ἀπηλλάγην, οἱ ἐμὲ ἥδιον κακῶς

[l. 1.] Vulg. habet μήτ' ἐμοῦ, assumpsi ex margine μετ' ἐμοῦ, pro quo Reiskius malit πρὸς ἐμοῦ.

[l. 3.] Idem Stephanus pro ὑμῶν in vulg. dat in marg. ὑμᾶς, quod etiam habent codd. B & Sang.

[l. 8.] Τοῦτον, vulg. τούτῳ.

existimans meâ interesse ut vos ex tormentis, testibus atque argumentis, quid sit in re verum perspiciatis.

CONCLUSIO.

Considerate autem, Senatores, utri potius fides habenda sit, eine cui multi testimonium perhibuere, an ei cui nullus; & utrùm verisimilius sit istum mentiri citrà periculum, an me tale opus tanto cum periculo conjunctum perpetrasse; & utrùm existimetis istum causam civitatis suscepisse, an accusando calumniatorem agere. Equidem vos scire arbitror Nicomachum à meis inimicis persuasum in hanc contentionem venisse, non quòd speraverit me delicti alicujus arguere, sed quòd pecuniam aliquam à me auferre expectaverit. Hujuscemodi enim lites quantò majorem criminandi licentiam & defendendi difficultatem secum ferant, tantò magis eas declinare omnes cupiunt. Ego tamen declinare nolui; at postquam iste mihi diem dixit, meipsum vobis in manus tradidi, ut quodcumque vobis visum fuerit, statuatis. Neque hujus discriminis causâ cum quolibet inimicorum

---

[l. 12 & 13.] Post ἡγῶμαι, in vulg. certè deest verbum aliquod, vel εἰδέναι, vel πιστεύειν, vel aliud quid: ego dedi εἰδέναι.

[l. 16.] Οἱ deest in vulg.

[l. 21.] vulg. ἥδη, legi ἥδιον cum doctioribus.

λέγουσιν, ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι. Καὶ φανερῶς μὴ οὐδεὶς πώποτε ἐμὲ αὐτὸς ἐπεχείρησε ποιῆσαι κακὸν οὐδὲν, τοιούτους δὲ ὑπιπέμπουσί μοι οἷς ὑμεῖς οὐκ ἂν δικαίως πιστεύοιτε. Πάντων γὰρ ἀθλιώτατος ἂν γενοίμην, εἰ φυγὰς ἀδίκως καταστήσομαι, ἅπας μὴ ὢν ᾧ μόνῳ, ἐρήμου δὲ τοῦ οἴκου γενομένου, μητρὸς ἢ πάντων ἐνδεοῦς, πατρίδος ἢ τοιαύτης ἐπ' αἰχίσας στερηθεὶς αἰτίας, πολλὰς μὴ ναυμαχίας ὑπὲρ αὐτῆς νεναυμαχηκὼς, πολλὰς ἢ μάχας μεμαχημένῳ, κόσμιον δ' ἐμαυτὸν καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ παραχών. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ βουλὴ, ταῦτα μὴ ἐνθάδε οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγειν. Ἀπέδειξα δ' ὑμῖν ὡς οὐκ ἐνῆν οἰκοῦν ἐν τῷ χωρίῳ, καὶ πάρτυρας παρεχόμην καὶ τεκμήρια. Ἃ χρὴ μεμνημένους διαγιγνώσκειν περὶ οὗ πράγματος, καὶ ἀξιῶν παρὰ τούτου πυθέσθαι ὅτου ἕνεκα, ἐξὸν ἐπαυλοφώρῳ ἐλέγξαι, τοσούτῳ χρόνῳ ὕστερον εἰς τοσοῦτόν με κατέστησεν ἀγῶνα· καὶ μάρτυρα οὐδένα παραχόμενος, οὐκ τῶν λόγων ζητεῖ πιστὸς γενέσθαι, ἐξὸν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἀδικοῦντα ἀποδεῖξαι· καὶ ἐμοῦ ἅπαντας διδόντος οὓς θεράποντας, οὓς φησι παραγενέσθαι, παραλαβεῖν οὐκ ἠθέλεν.

[l. 2.] Αὐτὸς, vulg. αὐτόν.

in gratiam redii, qui in vituperium meum quàm in ſuas ipſorum laudes effuſiores ſunt. Iſtorum me nemo palàm aggredi auſus eſt; ſed tales in me immittunt, quibus vos fidem jure non habueritis. Omnium enim fierem miſerrimus, ſi per injuriam in exilium agar, ſolus ego, ſine liberis, domo deſertâ, matre inopi, & tali patriâ ob turpiſſimas criminationes orbatus; qui pro eâ ſæpè pugnas tùm navales tùm terreſtres ſuſtinui, meque moderatè geſſi & in democratiâ & in oligarchiâ. Verùm, Senatores, haud ignoro non licere hîc in talia excurrere. Vobis demonſtravi non fuiſſe truncum oleæ ſacræ in agro meo; teſtes produxi & argumenta. Quæ vos in animo reputantes, oportet de hâc causâ decernere, & ab iſto ſciſcitari, quare, quum ipſi licuerit me in ipſo flagitio deprehendere, maluerit me non niſi poſt tantum temporis intervallum in hujuſmodi diſcrimen conjicere; quare, nullo teſte adducto, poſtulet ſuis duntaxat verbis fidem haberi, quum reum ex rebus ipſis convincere potuerit; quare, quum ego omnes ſervos tradere voluerim quos ipſe dicit adfuiſſe, ipſe tamen noluerit accipere.

[l. 16.] Vulg. ἢ ἀξιῶν· ἢ ἄρα τούτου, quod emendavi ex Reiskio ut legitur. Cod. B legit ἢ ἀξιῶν εἰ ἄρα.

ANALYSIS
ORATIONIS
INSCRIPTÆ
ΚΑΤΗΓΟΡΊΑ ΠΡΌΣ ΤῸΥΣ ΣΥΝΟΥΣΙΑΣΤὰΣ, ΚΑΚΟΛΟΓΙῶΝ;

Id eſt, expoſtulatio coram familiaribus, de maledictis.

PROPOSITUM.

ERANT Athenis quædam ſodalitates, συνουσίαι, ἑταιρείαι, i. e. quædam civium ſocietates, qui ideò coibant, ut ſibi mutuò, in rebus omnibus tùm publicis, tùm privatis, adeſſent & patrocinarentur. Verſabatur in unâ ex his ſodalitatibus civis quidam Athenienſis. Quum aliquis ad ipſum retuliſſet familiares ipſius de ipſo multa maledixiſſe, & ipſe cognoviſſet eoſdem ergà ſe egiſſe animo parùm benevolo, coràm eis de dictis factisque expoſtulare, & eorum ſocietati renunciare, ſtatuit.

I. Dicit ſe opportunum tempus nactum eſſe ea quæ vult loquendi, quum ii adſint de quorum injuriis expoſtulat, & ii coràm quibus ſatagit expoſtulare; ſe tamen ægrè ferre quòd ad tales querelas deſcendere cogatur.

II. Contendit ſe nullum dediſſe locum ipſorum injuriis, illum excuſat qui ſermones ipſorum ad ſe retulit, monetque ſe non omnes hos ſermones hîc enarraturum, ſed unum ex his tantummodò.

III. Profert hunc unum ſermonem, quem paulò fuſiùs refutat.

IV. Negat ſe illum nominaturum qui dicta ab ipſis non dubitavit ad ſe referre; cujus ſilentii cauſam exponit.

V. Nonnulla commemorat facta ab ipſis ergà ſe parùm benevolè, quæ facta cum dictis nimiùm conſentiunt.

VI. Concludit declarando ſe ipſorum ſocietati renunciare, ac prædicendo quid ipſis poſtea ſit eventurum.

Hæc oratio ex omnibus Lyſianis maximè mutila eſt, & in quibuſdam locis ità horrida, ut eam totam latinè interpretari Taylorus nequiverit. Ego nihil non egi ut eamdem, quantùm in me fuit, tùm meo marte, tùm eorum auxilio qui huic emendandæ antè me ſtuduerunt, ubique emendarem, & ſenſus ubique aut nitidos aut ſaltem probabiles, elicerem.

ΚΑΤΗΓΟΡΊΑ

ΠΡΌΣ ΤΟΎΣ ΣΥΝΟΥΣΙΑΣΤΆΣ,

ΚΑΚΟΛΟΓΙΩ̃Ν.

ΕΠΙΤΗΔΕΙΌΝ μοι δοκῶ καιρὸν εἰληφέναι περὶ ὧν εἰπεῖν ἐβουλόμην πάλαι. Πάρεισι μὲν γὰρ οἷς ἐπεγκαλῶ, πάρεισι δὲ ὧν ἐναντίον ὀπιθυμῶ μέμψασθαι τοῖς ἀδικοῦσιν ἐμέ. Καίτοι πολλῷ πλείων ὀρθῶς αἰτοῦμαι περὶ σοῦ παρόντας. Τοὺς μὲν γὰρ οὐδὲν οἶμαι τιμήσειν, εἰ τοῖς ὀπιπδείοις ἀνεπιτήδειοι δόξουσιν εἶναι (τὴν γὰρ ἀρχὴν οὐδ' ἂν ἐπεχείρουν ἀξιοῦν ἐμέ)· τοῖς δὲ βουλοίμην ἂν δόξαι μηδὲν ἀδικῶν τούτους, ὑπὸ τούτων ἀδικεῖσθαι πρότερον. Ἀνιαρὸν μὲν οὖν ἀναγκάζεσθαι λέγειν περὶ τούτων· ἀδύνατον δὲ μὴ λέγειν, ὅταν ἐναντίον τῆς ἐλπίδος κακῶς πάσχω, καὶ σοῦ δοκοῦντας εἶναι φίλους, ἀδικοῦντας διείσκω.

Πρῶτον μὲν οὖν, ἵνα μή τις ὑμῶν τάχα δὴ βοη-

[lineâ 5 & 6.] Vulg. habet ὃς μὲν γὰρ οὐδὲν οἶμαι τιμήσειν, εἰ τοῖς ἀνεπιτήδειοις, quod emendavi ut legitur. Pro γὰρ forte legendum γὲν, ſed poteſt ſervari γὰρ quod apud Græcos non ſemper indicium eſt probationis, ſed aliquandò tantùm indicat tranſitionem ab unâ re ad aliam. Ce-

ORATIO

INSCRIPTA

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΣΥΝΟΥΣΙΑΣΤΑΣ, ΚΑΚΟΛΟΓΙΩΝ.

I. Opportunum tempus mihi nactus videor ad ea dicenda quæ olìm volui. Adſunt enim quos accuſo, adſunt quoque ii coram quibus eos cupio reprehendere qui me injuriâ afficiunt: porrò multò majus eſt dicendi ſtudium coràm præſentibus. Alios equidem nihil curaturos exiſtimo, ſi cum amicis amicè parùm egiſſe videbuntur (omninò enim in me peccaſſe non ſuſtinuiſſent); aliis videri vellem ab iſtis non provocatis priorem injuriam accepiſſe. Moleſtum eſt profectò detrudi ad neceſſitatem de talibus loquendi; ſed non poteſt fieri ut taceam, quum præter ſpem malè excipiar, & ab iis qui amicos ſe profitebantur, indignè ſim tractatus.

II. Primùm igitur ne veſtrûm aliquis in pecca-

terùm pro ὑς in vulg. codd. B, Sang., Vindob. & Brulart. habent etiam τὺς. Obſerva quoque ἐπιλήδειοις (quod legitur in cod. Brulart.) conſtrui non cum δόξουσιν, ſed cum ἀνεπιλήδειοι. Vide verſionem latinam.

θῶν οἷς ἐξημάρτηκε, φόφασιν ποιήσηται τῆς ἁμαρτίας, εἰπάτω νῦν τίς ὑμῖν ὑφ' ἐμοῦ κακῶς ἀκήκοεν, ἢ πέπονθεν· ἢ τίς ἐμοῦ δεηθεὶς οὐκ ἔτυχεν ὧν ἐγώ τε δυνατὸς ἦν κἀκεῖνος ἐπήγγειλε.

5 Τί δῆτά με κακῶς τὰ μὴ λέγειν, τὰ δὲ ποιεῖν, ὑπχειρεῖτε, καὶ ταῦτα φὸς τούτους ἡμᾶς διαβάλλειν, οὓς φὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαβάλλετε; Καίτοι οὕτως ἐκεῖνος εἶπεν ὥςτε φὸὶ πλείονος ἐποιήσατο δοκεῖν ἐμοῦ κήδεσθαι, ἢ ἄλλων φὸς ἐμὲ κατηφεῖν.

10 Ἃ δ' ἔλεγε, πάντα μὴ οὐκ ἂν εἴωθοιμι· καὶ γὰρ ἀκούων ἐχθόμην. Οὐδ' ἂν ὑμῖν ὑπηκαλῶν ὅτι ἐλέγετε κατ' ἐμοῦ, ταὐτὰ λέξαιμι· καὶ γὰρ ἂν ἀπολύοιμι τῆς αἰτίας ὑμᾶς, εἴωθ' ὑμῖν ταὐτὰ λέγοιμι φὸὶ ἐμαυτοῦ. Ἃ δὲ ὑβρίζειν οἰόμενοι ἐμὲ,

15 καταγελάσους ὑμᾶς αὐτοὺς ἐποιεῖτε, ταῦτα λέξω.

Βίᾳ γὰρ ὑμῖν ὑμῖν ἐφάσκετέ με ξυνεῖναι καὶ

[l. 1 & 2.] Πορίσηται, Ald. πορίσεσθαι, cod. Vindob. φὸὶ τῆς ἁμαρτίας πορήσηται. = l. 2. Νῦν, vulg. ἓν.

[l. 4.] Pro ἂν in vulg. legi ἦν quod habet cod. Vindob. = Ibid. Vulg. ἀφήγγελεν, assumpsi è Reiskio ἐφήγγειλε, commendavit, jussit, postulavit. Codd. B & Sang. habent ἀπήγγειλεν.

[l. 7.] Malim διεβάλλεῖε ut in margine, sed non rejiciendum est διαβάλλεῖε.

[l. 7 & 8.] Οὕτως ἐκεῖνος εἶπεν, vulg. οὕτως ἐνοχλεῖ. Intelligo ἐκεῖνος de illo qui sermones malevolos ad hunc qui dicit retulerat, de quo sæpiùs agitur in hâc oratione. Pro καίτοι οὗτος cod. Sang. legit καὶ τοιοῦτος.

torum defenſionem excuſationem aliquam proferre ſatagat, dicat nunc quis unquam veſtrûm vel verbis vel re à me læſus eſt; vel quis à me quidquam rogavit & non impetravit, quod ego præſtare potui & ille flagitabat? Cur itaque me tùm verbis tùm factis lacerare contenditis, atque adeò me criminari apud eos, quos apud meipſum eſtis criminati? Ceterùm ille qui veſtros ad me ſermones retulit, ità locutus eſt ut pluris fecerit meî curam gerere quàm alios apud me proſcindere. Quæ verò dixit, omnia non recenſebo; ſiquidem audivi dolens. Neque ego qui conqueror quòd adversùs me dixeritis, eadem dicam: vos enim omni culpâ abſolvero, ſi de vobis dixero eadem quæ vos de me dixiſtis. Quæ autem in meam, ut ſperaſtis, contumeliam, in veſtrum reipsâ ludibrium, protuliſtis, ea narrabo.

III. Dixiſtis enim me vobis invitis vobiſcum

[l. 8.] Pro ἐποιήσαλο Stephanus dat ad marginem ἐποίησε τό.

[l. 9.] Vulg. ἢ μᾶλλον ἐμοῦ καλειπεῖν, quod juxtà Reiskii mentem emendavi.

[l. 12.] Ταῦλὰ λέξαιμι, vulg. ταῦλα δόξαιμι.

[l. 13 & 14.] Ταὐτὰ, vulg. ταῦλα. Εἴπερ ὑμῖν ταὐτὰ λέγοιμι περὶ ἐμαυλοῦ, hîc idem eſt ac ſi diceretur, εἴπερ λέγοιμι περὶ ὑμῶν ταὐλὰ ἃ ὑμεῖς λέγελε περὶ ἐμαυλοῦ.

[l. 15.] Ἐποιεῖτε, cod. Vindob. ποιεῖτε.

[l. 16.] Ὑμῶν deeſt in vulg.

ἀμαλέγεσθε, καὶ πάντα ποιοῦντες, οὐκ ἔχειν ὅπως ἀπαλλαγῆτέ μου· καὶ τὸ τελευταῖον ἀκόντων ὑμῶν Ἐλευσίνασδε συνθεωρεῖν. Καὶ ταῦτα λέγοντες, οἴεσθε μὲ ἐμὲ κακολογεῖν, ἀποφαίνετε δὲ σκληρότα-
5 τους ἑαυτοὺς, οἵτινες μὴ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον τὸν αὐτὸν ἄνδρα λάθρα μὲ ἐλοιδορεῖτε, φανερῶς δὲ φίλον ἐνομίζετε. Χρῆν γὰρ ὑμᾶς ἢ μὴ κακῶς λέγειν, ἢ μὴ ξυνεῖναι· καὶ ταῦτα, φανερῶς ἀπαπόντας ὁμιλίαν. Εἰ δὲ αἰσχρὸν ἡγεῖσθε τοῦτο,
10 πῶς αἰσχρὸν ἦν ὑμῖν ξυνεῖναι πρὸς ὃν οὐδὲ ἀπαντεῖν καλὸν ἡγεῖσθε; Καὶ μὴν οὐδὲν αὐτὸς ἐξεῦρον ὁπόθεν ἂν εἰκότως ὑπερείδετε τὴν ἐμὴν ὁμιλίαν. Οὔτε γὰρ ὑμᾶς σοφωτάτους εὑρον ὄντας, ἐμαυτὸν δὲ ἀμαθέστατον· οὐ μὴν οὐδὲ πολυφίλους ὑμᾶς,
15 ἐμαυτὸν δὲ ἔρημον φίλων· οὐδὲ αὖ πλουτοῦντας, ἐμὲ δὲ πενόμενον· οὐδὲ αὖ ὑμᾶς μὲ ὑπερευδοκιμοῦντας, ἐμαυτὸν δὲ διαβεβλημένον· οὐδὲ τὰ μὴ

[l. 1.] Vulg. οὐκ ἐκεῖνο πῶς, admisi optimam & luculentissimam Salmasii emendationem.

[l. 3.] Συνθεωρεῖν, codd. Sang. & Vindob. ξυνθεωρεῖν.

[l. 4.] Pro οἴεσθε & ἀποφαίνετε velit Marklandus ᾤεσθε & ἀποφαίνετε propter sequentes imperfectivos. Id sanè regulis magis foret consentaneum, sed attici oratores non semper accuratè grammaticæ regulas sequuntur. Pro ἀποφαίνετε cod. B ἀποφαίνεται.

[l. 5.] Οἵτινες, cod. Sang. & Ald. εἴτινες.

[l. 6.] Vulg. λάθρα ἄνδρα, transposui has voces mo-

converſari & colloqui, vosque nullo conſilio potuiſſe meam familiaritatem effugere, ac nuperrimè vobis minimè lubentibus unà profectum eſſe me Eleuſinem ad myſteria. Iſtis porrò ſermonibus exiſtimatis vos me calumniari, veſtram verò oſtenditis ſtultitiam, qui eodem tempore eidem homini maledicitis clanculùm, quem palàm pro amico habetis. Vos enim oportuit, aut malè loqui deſinere, aut unà non adeſſe, atque adeò familiaritatem omnem apertè renunciare. Quòd ſi hoc turpe ducebatis, quî turpe erat vobis cum eo converſari cujus amicitiam repudiare inhoneſtum eſſe arbitrabamini? atenim nihil ego deprehendi apud me undè meam conſuetudinem deſpiceretis. Non enim vos videbam eſſe doctiſſimos, me indoctiſſimum; non vos amicitiis pollentes, me omni amicitiâ deſtitutum; non vos divitiis abundantes, me inopiâ preſſum; non vos ſummo in honore habitos, me malâ famâ laborantem; non videbam

---

nente Reiskio, & ità legente cod. Sang.

[l. 9.] Vulg. ἀπειπόνλα, legi ἀπειπόνλας, quod habet cod. Brulart.

[l. 11.] Αὐτὸς ἐξεῦρον, vulg. ἕτος ἐξεῦρεν.

[l. 12.] Ὑπερεῖδεῖε, vulg. ὑπερεῖδε.

[l. 13.] Ἑώρων, vulg. θεωρῶν.

[l. 16 & 17.] Ὑπερευδοκιμῶνλας quoque codd. B & Sang. Verùm Ald. & cod. Vindob. ὑπερευδοκῶνλας.

ἐμὰ πράγματα κινδυνευόντα, τὰ δὲ ὑμέτερα, ἀσφαλῶς ἔχοντα. Πόθεν ἂν οὖν εἰκότως ὑπώπτευον ὑμᾶς ἀληθεύειν μοι συνόντι; Καὶ ταῦτα δὴ ὅτι πρὸς τοῖς πόλλοις ἄλλοις ἐλέγετε οὐκ ᾤεσθε
5 ἀπαγγελεῖν ἐκεῖνον ἡμῖν· κἀνταῦθα σόφισμα καλὸν εἶ εἰ πρεμήλθετε πάντες ὑμῖν αὐτῶν κατηγορῶντες, ὅτι πονηροῖς ἑκόντες ὁμιλεῖτε.

Περὶ μὲν οὖν γε λέγοντος οὐδὲν ἂν φαίνοιτε πυνθανόμενοι. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰπόντες ἆρ' εἴσεσθε
10 τὸν εἰπόντα μοι· πῶς γὰρ οὐκ ἴσε πρὸς ὃν ἐλέγετε τὸν λόγον; ἔπειτα κακὸς ἂν εἴην, εἰ ταῦτα ποιήσαιμι αὐτὸν ἅπερ ἐκεῖνος ὑμᾶς. Οὐ γὰρ ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἐκεῖνος ἡμῖν ἀπήγγελλεν ἐφ' οἷς-περ ὑμεῖς ἐλέγετε πρὸς ἐκεῖνον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ
15 ἐμοὶ χαριζόμενος ἀπήγγελλε τοῖς ἐμοῖς ἀναγκαίοις· ὑμεῖς δ', βλάπτειν ἐμὲ βουλόμενοι πρὸς ἐκεῖνον ἐλέγετε. Καὶ ταῦτα εἰ μὴ ἠπίστουν, ἐξελέγχειν ἂν ἐζήτουν. Νῦν δέ· ξυμβαίνει γὰρ ἐ

[l. 3.] Non habet vulgata ὑμᾶς.

[l. 4 & 5.] Vulgg. ὅτι πρὸς τοὺς τελευταίους ἔλεγεν, οὓς ᾤεσθε ἀπαγγέλλειν ἡμῖν, quod emendavi ut legitur. Cod. B habet etiam ἀπαγγελεῖν.

[l. 9.] Vulg. ἐρήσεσθε, emendavi juxtà Reiskium ἆρ' εἴσεσθε. Cod. B dat εἰρήσαστε.

[l. 11 & 12.] Ταῦτα, vulg. ταῦτα, codd. B & Vindob. τά. Cod. Sang. εἰ τὸν ποιήσαιμι.

denique meas res esse in ancipiti, vestras in tuto. Undè igitur suspicari potui meam familiaritatem vobis fuisse gravem? Hæc autem quum inter multa alia dixeritis, non credidistis illum mihi renunciaturum; illudque putastis summæ fore astutiæ quòd huc illuc obambularetis, vosmetipsos accusantes consuetudinis cum viris improbis voluntariò habitæ.

IV. Neque de eo qui sermones vestros ad me retulit quidquam percontando efficietis. Primùm enim vos qui dixistis cognoscetis utique eum qui mihi dixerit. Nam quomodo non noveritis eum cum quo fuistis collocuti? Deindè essem perfidus, si cum illo ità agerem ut ille vobiscum egit. Quippè non eodem ille animo nobis renuntiavit quo vos illi narrastis. Ille, ut mihi rem gratam faceret, renuntiavit meis necessariis; vos me lædendi studio hæc illi dixistis. Quibus si non fidem adhiberem, inquirere & explorare satagerem; at non diffidebam. Siquidem præsentia cum præteritis

---

[l. 13 & 15.] Ἀπήγγελλεν, ἀπήγγελλε, cod. Vindob. ἀπήγγειλεν.

[l. 17 & 18.] Vulg. ἐλέγχειν, accepi ἐξέλεγχειν ex margine & ex codd. B, Vindob. & Sang.

[l. 18.] Ad νῦν δὲ, subaudi οὐκ ἠπίστουν. Est enim hîc quædam reticentia, quæ mihi quidem paulò durior videtur. Itaque malim addi quàm subaudiri οὐκ ἠπίστουν.

ταῦτα τοῖς πρότῳ, ἃ ἐμοὶ σημεῖα ταῦτα μὴ ἐκείνων ἐστὶν, ἐκεῖνα ἢ τούτων ἱκανά.

Πρῶτον μὲν, ἅπαντα δι' ὑμῶν πράξαντά με περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἵππου ἐξηπατᾶτε. Προσῆγε γὰρ ὁ Πολυκλῆς μαχόμενον κάμνοντα τὸν ἵππον· ἀνάγειν με βουλόμενον, Διόδωρος οὗτος ἀποβέπειν ἐπειρᾶτο, φάσκων οὐδὲν ἀντιλέξειν περὶ τῶν δώδεκα μνῶν Πολυκλέα, ἀλλ' ἀποδώσειν. Καὶ ὁ τότε λέγων ταῦτα, μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἵππου, κατέστη τελευτῶν ἀντίδικος μετὰ τούτων, λέγων ὡς οὐ δίκαιόν με εἴη κομίσασθαι τὸ ἀργύριον. Καὶ ταῦτ' ἐστὶν ἐφ' ὧν δικαίως ἂν αὐτῶν κατηγόρουν. Εἰ γὰρ πολλὰ τούτων ἀδικουμένῳ μοι μηδὲν ἦν δίκαιον εἰπεῖν, ἢπου καλῶς συνέπρασσον. Καὶ ἐγὼ μὲν ὤμην φιλοσοφοῦντας αὐτοὺς περὶ τοῦ πράγματος ἀντιλέγειν τὸν ἐναντίον λόγον· οἴδ' ἅμα οὐκ ἀντέλεγον, ἀλλ' ἀντέπρασσον. Καὶ διὰ τοῦτο ἀντέπρασσον, ἵνα τὸν ἐμὸν λόγον εἰδείη Πολυκλῆς. Ἐδηλώθη γὰρ ταῦτα παρόντων τῶν

[l. 1.] Ταῦτα intellige ea quæ nunc fiunt.

[l. 3 & 13.] Hîc textus intricatissimus est. Sic se habet vulg. ἅπαντα δι' ὑμῶν πράξαντά με περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἵππου. Προσῆγε μαχόμενον κάμνοντα τὸν ἵππον, ἀνάγειν με βουλόμενον. Διόδωρος οὗτος ἀποτρέπειν ἐπειρᾶτο, φάσκων οὐδὲν ἀντιλέξειν περὶ τῶν δώδεκα μνῶν Πολυκλέα, ἀλλ' ἀποδώσειν τότε λέγων ταῦτα, μετὰ

mirè congruunt, mihique hæc illorum, ſicut illa horum, idonea ſunt argumenta.

V. Ac primò omnia me agentem vobis autoribus de equi oppigneratione, vos decepiſtis. Polycles enim adducebat equum pugnando defeſſum. Quem quum ego vellem ab ipſo reducendum, iſte Diodorus id mihi diſſuadere conabatur, aſſerens Polyclem nihil contradicturum de duodecim minis, ſed eas mihi redditurum. Et qui hæc tunc dicebat, poſt mortem equi ab adverſariorum meorum partibus ſtare non dubitavit, affirmans non æquum eſſe me recipere pecuniam. Et hæc ſunt ob quæ Diodorum & reliquos haud immeritò incuſarem. Nam ſi mihi ab adverſariis meis læſo nihil æqui dicendum fuiſſet, profectò jure unà cum iſtis agerent. Equidem arbitrabar eos ingenii exercendi causâ de hoc meo negotio mihi contradicere; at ſcilicet non dicebant tantùm, ſed etiam agebant, & ideò agebant ut exhibendas à me rationes Polycles cognoſceret. Atque hæc revelata

---

τὸν θάνατον τοῦ ἵππου. Καλέσῃ τελευτῶν ἀντίδικος, μετὰ τούτων λέγων ὡς ὁ δίκαιόν με εἴη κομίσασθαι τὸ ἀργύριον, καί τοι γε ἐφ' ὧν γε αὐτὸν καθηγόρουν. Hoc ità emendavi ut ſenſus indè quàm potui nitidiſſimus eliceretur. Προσῆγε, cod. B προσῆκε. Codd. B & Sang. habent quoque Πολυκλέα, Ald. Περικλέα. Cod. B dat etiam αὐτῶν.

[l. 13.] Παρὰ τούτων, vulg. ἃ μετὰ τούτων.

διαπιπτῶν· ὀργιζόμενος γὰρ ὁ Πολυκλῆς εἶπεν ὅτι τοῖς ἐμοῖς ὀπιπηδείοις ἀδικεῖν δοκοίην, ὡς περὶ ἐκείνου ἔλεγον. Ἆρά γε ταῦτα ξυμβαίνει τοῖς ἀπαγγελλομένοις; ὁ γὰρ αὐτὸς ἀπήγγειλεν
5 ὡς σὺ ὑπὲρ ἐμοῦ μέλλοντας λέγειν, ὅποτε ἐπῄν φάσκοιτε, σὺ δέ τινας ἤδη κωλύσαιτε. Καὶ ταῦτα εἴ με δεῖ φανερότερον ἐξελέγχειν, τί, φέρε γάρ, τί δήποτε ἐκεῖνο, ὅτι Κλειτοδίκου δεηθεὶς λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ, οὐκ ἔτυχον; ἐγὼ γὰρ δὴ παρὼν
10 τούτοις (ἐπεὶ κέρδος ἦν αὐτῷ βλαβάλλειν ἐμὲ περὶ ὑμᾶς) οὕτω περιθύμως, ὥστε παυδάσαι περὶ σὺ ἐμοὺς ἀναγκαίους πλάσαντας ταῦτα.

Γινώσκω δὲ νῦν ἤδη, ἐγὼ πάλαι ζητοῦντας ὑμᾶς πέφασιν, ἡνίκα Θερσύμαχον ὑμᾶς ἐφάσκετε λέγειν κακῶς δι' ἐμέ. Καὶ ἐγὼ μὴ ἠρω-
15 τῶν αὐτὸν εἰ δι' ἐμὲ κακῶς λέγοι Διόδωρον. Ὁ δὲ τοσοῦτον ὑπῴδει τὸ δι' ἐμέ· πολλοῦ γὰρ δεῖν ἔφη δι' ὀντινοῦν εἰρηκέναι Διόδωρον κακῶς. Καὶ ταῦτα, περιάγοντες ἐμοῦ, περίθυμος ὁ

[l. 1.] Vulg. διαπηδῶν ὀριζόμενοι, ὁ Πολυκλῆς. Codd. B & Vindob. διαπηδῶν. Ὀριζόμενος ὁ Περικλῆς. Cod. Sang. διαπηδῶν. Ὀριζόμενος ὁ Πολυκλῆς.

[l. 2.] Δοκοίην, vulg. δοκοίη.

[l. 3.] Ἔλεγον, vulg. λέγοιεν.

[l. 5.] Pro ἀπορρέπειν rectè malit Reiskius ἀπορρέψειν in futuro, ſed poteſt tolerari præſens.

[l. 6.] Κωλύσαιτε, vulg. κωλύσετε.

ſunt præſentibus arbitris. Iratus enim Polycles dixit me & amicis meis videri injurium, eosque ſibi dixiſſe. Nonne hæc congruunt cum iis jam renuntiatis? Idem nimirùm ille vir renuntiabat quòd nonnullis meam cauſam acturis diceretis vos eſſe diſſuaſuros, nonnullosque jam prohibueritis ne agerent. Quòd ſi hæc manifeſtiùs adhuc arguere oportet, cur, quæſo, cur ego, quum à Clitodico peterem ut pro me diceret, non id conſecutus ſum. Etenim ille adverſariis meis (quandoquidem ipſi opportunum fuit me apud vos criminari) tanto ſtudio aderat, ut eadem ſua ipſius crimina apud neceſſarios meos confingere ſatageret & effutire.

Jam nunc demùm intelligo vos olìm occaſionem quæſiviſſe, quum dixiſtis Thraſymachum meî gratiâ vobis maledicere. Quem ego interrogavi ſi meî gratiâ Diodoro malediceret. Ille verò iſtud, *meî gratiâ*, multùm exſibilavit; longè enim abeſt, inquit, ut ego Diodoro alicujus omninò gratiâ maledixerim. Atque etiam, ad Diodorum me addu-

---

[l. 6 & 11.] Καὶ ταῦτα τί με δεῖ φανερώτερον ἐξελέγχειν, ὅτι φέρε γὰρ ἤδη ποτὲ ἐκεῖνος· ὅτι Κλειτοδίκου δεηθεὶς ἐκλέγειν, οὐκ ἔτυχον. Οὐ γὰρ δὴ παρῆν τούτοις, ἐπεὶ κέρδος ἦν αὐτῷ διαβάλλειν ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς οὕτω. Admiſi optimam Marklandi emendationem, poſt λέγειν addendo ὑπὲρ ἐμοῦ juxtà Schottum. Pro ὅτι cod. Brulart. ὅτε.

[l. 13.] Prius ὑμᾶς deeſt in vulgatâ.

[l. 18.] Καὶ ταῦτα, ſume adverbialiter, atque etiam.

Θεασύμαχος ἦν ἐξελέγχεται περὶ ὧν αὐτὸς ἔλεγεν· οὐδὲ ἢ πάντων μᾶλλον διεταράττετο. Μετὰ τοῦτο Αὐτοκράτης ἐμοῦ παρόντος Θεασυμάχῳ ἔλεγεν Εὐρυπτόλεμον αὐτῷ μεμφέσθαι, φάσκοντα κακῶς ἀκούειν ὑπ' αὐτοῦ· τὸν ἀπαγγέλλοντα ἢ εἶη Μηνόφιλον. Εὐθὺς δ' ἐκεῖνος ὅτι τὸν Μηνόφιλον ἐβάδιζε μετ' ἐμοῦ· κἀκεῖνος οὔτε ἀκοῦσαι πώποτε ἔφασκεν, οὔτε ἀπαγεῖλαι πρὸς Εὐρυπτόλεμον· ἃ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλ' οὐδὲ διειλέχθαι πολλοῦ χρόνου. Τοιαύτας προφάσεις προφασιζόμενοι τότε μὲ ἐκ τῆς ἐμῆς καὶ Θεασυμάχου συνουσίας ἐστὲ φανεροί· νῦν ἢ ἐπειδὴ ἐκλελοίπασιν ὑμᾶς αἱ προφάσεις, ἐλευθεριώτερόν με κακώσαντες, κλέπτετε οὐδέν.

Χρῆν μὲ οὖν τότε με γνώσκειν ὀφειλόμενόν με ταῦτα παθεῖν, ὅταν ἃ πρὸς ἐμὲ περὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐλέγετε κακῶς, ἔπειτα ἃ περὶ Πολυκλέους ᾧ νυνὶ βοηθεῖτε πάντες. Εἰρήκαιμι ἢ πρὸς ὑμᾶς, κακά τι δήποτε ταῦτα οὐκ ἐφυλαττόμην. Εὐηθές τι ἔπα-

---

[l. 1 & 2.] Αὐτὸς, vulg. ἕτος. Cod. B ἕτος ἐλέγων.

[l. 2.] Οὗτος, nempè, Diodorus.

[Ibid.] Vulg. διεπράττετο, emendavi juxtà Reiskium διεταράττετο.

[l. 2 & 3.] Vulg. μετὰ τοῦτον, correxi μετὰ τοῦτο, post hæc, postea.

[l. 14.] Vulg. κακώσας, κλέπτῃ δ' οὐδὲν, quod cente

cente Thrasymachum, his præstò erat ut convinceretur de sermone quem habuit. Diodorus omnium maximè conturbatus stupebat. Post hæc Autocrates, me præsente, dixit Thrasymacho Euryptolemum de ipso queri, ac dicere se ab ipso impeti maledictis; ea sibi renuntiasse Menophilum. Thrasymachus statìm me comitante ad Menophilum pergebat. Qui nunquam hæc aut audisse confirmavit, aut Euryptolemo renuntiasse; neque hæc solùm, sed cum illo per diutinum tempus ne verba quidem fecisse. Hujusmodi occasiones ex meâ cum Thrasymacho familiaritate, vos aucupatos esse constat. Jam verò, quum deficiant prætextus, me apertè lacessitis, & nihil dissimulatis.

Oportuit igitur me tunc olìm sensisse, hæc me à vobis debere pati, quandò coram me maledictis vosmetipsos impeteretis, quin & istum Polyclem cui nunc omnes opitulamini. Dicam autem apud vos quare ista non caverim. Ego simplicissimus

---

emendavi juxtà Marklandum. Cod. B κακώσας λεπτίδι ὐδέν. Cod. Sang. κακώσας λεπτίδι᾽ ὐυδέν. Cod. Vindob. κακώσας κλεπτίδι ὐδέν.

[l. 17.] Ἐλέγετε, vulg. ἔλεγε.

[l. 18 & 19.] Vulg. πάντες, εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς κατά τι δή τι ταῦτα ἐφυλαττόμην, εὐηθές.... quod emendavi ut legitur. Accipio εἰρήκαιμι pro futuro ῥήσω vel ἐρῶ. Cod. Sang. legit βοηθεῖτε, πάντα εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς κατὰ τὶ δὴ ταῦτα. Cod. Vindob. quoque τὶ δὴ ταῦτα.

θον. Ὥμην γὰρ ἀπόθετος ὑμῖν εἶναι φίλος, τοῦ μηδὲν ἀκοῦσαι κακὸν, δι' αὐτὸ τοῦτο διότι πρὸς ἐμὲ σὺν ἄλλους κακῶς ἐλέγετε, καὶ πολλὰ κατα-θήκην ἔχων ὑμῶν παρ' ἑκάστου λόγους πονηροὺς
5 περὶ ἀλλήλων.

Ἐγὼ τοίνυν ἑκὼν ὑμῖν ἐξίσταμαι τῆς φιλίας. Ἐπεί τοι, μὰ σὺν θεοὺς, οὐκ οἶδ' ὅ,τι ζημιωθήσομαι μὴ ξυνὼν ὑμῖν· οὐδὲ γὰρ ὠφελούμην ξυνών. Πότερον γὰρ, ὅταν ἢ τι μοὶ πρᾶγμα, τότε
10 ποθέσομαι τὸν ἐρῶντα καὶ σὺν μαρτυρήσοντας; ἀλλὰ καὶ νῦν ἀντὶ μὲν τοῦ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ, τὸν λέγοντα πράττειν κωλύειν· ἀντὶ δὲ τοῦ βοηθεῖν ἐμοὶ καὶ μαρτυρεῖν τὰ δίκαια, ξύνεστε τοῖς ἐμοῖς ἀντιδίκοις καὶ μαρτυρεῖτε. Ὡς εὖνοι ὄντες ἐμοὶ, τὰ
15 βέλτιστα δρᾶτε περὶ ἐμοῦ; ἀλλὰ καὶ νῦν ὑμεῖς με μόνον κακῶς λέγετε. Τὸ μὲ οὖν ἐμὸν οὐκ ἐμπροσθὲν ὑμῖν ἔστω. Τοιοῦτον γὰρ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς πείσεσθε. Ἐπιδήπερ ὑμῖν ἔθος ἐστὶν, ἕνα τῶν ξυνόντων ἀεὶ κακῶς λέγειν καὶ ποιεῖν, ἐπειδὰν
20 ὑμῖν ἐγὼ μὴ συνῶ, πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τρέψεσθε,

[l. 1.] Τοῦ subaudi χάριν vel ἕνεκα.

[l. 3.] Κακῶς deest à vulgatâ.

[l. 11.] Deest ἀλλὰ in vulgatâ, addidi monente Marklando.

[l. 13 & 14.] Vulg. ἀντιδίκοις. Ἐμαρτυρεῖτε ὡς εὔνους ὄντες, quod emendavi juxtà Reiskium ex cod. Vindob.

existimabam me vobis amicum esse quasi sacrosanctum, ità ut malè nunquam à vobis essem auditurus ob hanc ipsam causam quòd coràm me de aliis malediceretis, & hoc quasi pignus habere ab unoquoque vestrûm, malos de vobis invicem sermones.

VI. Quapropter amicitiæ vestræ ultrò egomet renuntio. Quandoquidem, per deos, haud novi quanta mihi futura sit incommoditas familiaritate vestrâ carere, qui nullam commoditatem nactus sum quandò eâ utebar. Utrúmne, quum mihi forense negotium inciderit, tunc oratorem & testes desiderabo? atqui nunc adeò pro me non dicitis, ut etiam dicere volentem studeatis prohibere. Adeò non mihi auxilium & testimonium præstatis secundùm jus, ut & meis adversariis jungamini & pro ipsis testificemini. Anne mihi benevolentes, de me dicetis optima? at nunc me solum obtrectationibus lacessitis. Equidem sorti non intercedam quæcumque vos manet, vobisque prædico quales futuri sitis ergà vosmetipsos. Quoniam vobis usuvenit ut ex familiaribus aliquem & dictis & factis aggredi nunquam desinatis, posteaquam vestrâ familiaritate non utar, in vosmetipsos conversi

---

[l. 16.] Λέγεῖε, vulg. ἐλέγεῖε.

[l. 20.] Ὑμῖν deest in Aldo & cod. Vindob. = Ibid. Vulg. μηνύσω, dedi juxtà Marklandum μὴ συνῷ.

[Ibid.] Τρέψεσθε, vulg. τρέπεσθε.

κάπφτα καθ' ἕνα ἕκαστον ὑμῖν αὐτοῖς ἀπεχθήσεσθε· τὸ δ' τελευταῖον, εἷς ὁ λειπόμενος αὐτὸς αὑτὸν κακῶς ἐρεῖ. Κερδανῶ δ' τοσοῦτον, ὅτι πρόπτιστος ὑμῶν ἀπαλλαγεὶς, ἐλάχιστα κακῶς ὑφ' ὑμῶν πεί-
5 σομαι. Τοὺς μὲν γὰρ χρωμένους ὑμῖν, κακῶς τε λέγετε τε ποιεῖτε, τῶν δὲ μὴ χρωμένων οὐδένα πώποτε.

[l. 1.] Vulg. & libri ceteri ἀπαχθήσεσθε, dedi ex margine ἀπεχθήσεσθε.

[l. 2.] Pro εἷς & αὐτὸν quod habent vulg. & ceteri

cum vobismetipsis singulatim exercebitis inimicitias: ac tandem qui unus relictus erit seipsum maledictis lacerabit. Illud interea mihi lucro apponam, quòd primus omnium à vobis sejunctus, minimum mali à vobis feram. Nam eos omnes qui vobis utuntur familiariter, re & sermone malè tractatis, eorum qui non utuntur, neminem.

---

libri, legi ex Stephani conjecturâ ἑῖς & αὐτόν.

[l. 3.] Vulg. πρῶτον μ̃, legi juxtà Reiskii mentem πρώτιστος.

A N A L Y S I S
O R A T I O N I S
P R O M I L I T E.

P R O P O S I T U M.

CIVIS quidam Athenienſis, Polyænus nomine, ut ex ipſo orationis contextu videtur, quum per aliquod tempus militaſſet, è militiâ redux, poſt duos menſes inſcribitur catalogo, iterùm militaturus. Querelas defert ad ſtrategum, qui nihil harum penſi habuit. Ergò his accenſus, quum in magiſtratus protuliſſet convicia, mulcta ipſi fuit irrogata quam jure ſuo quæſtores remiſerunt. Id probare intendit miles ſibi mulctam injuſtè fuiſſe irrogatam.

I. Queritur de adverſariis qui mores ſuos infamare voluerunt, & plura extrà cauſam deblateraverant.

II. Narrat quomodo mulcta ipſi irrogata fuerit ab inimicis, & à quæſtoribus remiſſa.

III. Probat mulctam injuſtè ſibi fuiſſe irrogatam, 1°. ex ipsâ recitatione legis quæ vetabat ſolùm ne quis conviciaretur magiſtratibus in ipſo tribunali, & teſtimonio eorum qui noverant ſe in tribunal omninò non fuiſſe ingreſſum; 2°. ex adverſariorum agendi modo qui ad judicium accedere tunc non auſi ſunt, ut ſuorum actorum rationes redderent, eaque rata & firma haberentur.

IV. Exponit undè eorum in ſe odium natum fuerit, & quàm illud atrox ſit & injuſtum.

V. Concludit obteſtando judices ne ſe innocentem condemnent, acerrimo & iniquiſſimo iſtorum odio obſequentes.

Harpocratio dubitat utrùm hæc oratio genuina ſit & verè Lyſiana. Ex nonnullis hujus orationis locis apparet multa in eâ deeſſe, & eam non eſſe integram.

ὑπὲρ τοῦ

Στρατιώτου.

Τί ποτε διανοηθέντες οἱ ἀντίδικοι, τοῦ μὲν πράγματος παρημελήκασι, τὸν δὲ τρόπον μου ἐπεχείρησαν διαβάλλειν; πότερον ἀγνοοῦντες ὅ,τι περὶ οὗ πράγματος προσήκει λέγειν; ἢ τόδε μὲ
5 δέδισαν, ἡγούμενοι δὲ λήσειν, περὶ τοῦ παντὸς πλείω λόγον ἢ οὗ προσήκοντος ποιοῦν; Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἐμοῦ καταφρονήσαντες, ἀλλὰ οὗ πράγματος, οὐδὲν λόγους ποιοῦν, σαφῶς δέδισαμαι. Εἰ μέντοι ὑμᾶς οἷον δι' ἄνοιαν ὑπὸ τῆς διαβολῆς
10 πεπείσθαι καταψηφιεῖσθαί μου, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι. Ὤμην μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τοῦ ἐγκλήματος, οὐ περὶ οὗ τρόπου τὸν ἀγῶνά μοι προκεῖται. Διαβαλλόντων δέ με τῆς ἀντιδίκων, ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ πάντων ἀπολογίαν ποιήσασθαι.
15 Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ὑμᾶς διδάξω. Ἀφικόμενος πρεσβεύσειν εἰς τὴν πόλιν,

---

[lineâ. 5.] Περὶ τοῦ, rectè velit Marklandus τοῦ ejici.

[l. 7.] Οὖν deest in codd. Sang. & Vindob.

[l. 9.] Vulg. δι' ὀνείδη δι' εὔνοιαν, pro quo admisi optimam Reiskii emendationem. Pro δι' ὀνείδη codd. B, Sang. &

PRO MILITE.

I. Quo tandem animo adversarii mei, causâ ipsâ neglectâ, mores nostros infamare voluerunt? utrúmne ignari quòd extrà causam non liceat dicere? an hoc intelligunt, sed clàm fore existimant, si de quâcumque re potiùs verba faciunt quàm de quâ oporteat? eos igitur non quòd me, sed quòd causam ipsam parvi ducant, ità loqui benè intelligo. Neque id mirarer si propter amentiam putent vos suis calumniis inductos me condemnaturos fore. Equidem arbitrabar, judices, mihi contentionem esse de criminibus objectis, non de moribus. Quum verò adversarii me calumniis circumveniant, mihi necesse est de omnibus respondere.

II. Et primùm quidem de inscriptione in ærarium vos docebo. Anno ab hoc tertio reversus in

---

Vindob. habent quoque οἴονται.

[l. 14.] Περὶ πάντων, de omnibus. Declarat is qui loquitur se responsurum esse omnibus sibi objectis. Attamen in orationis decursu nullibi respondet iis quæ sibi extrà causam objecta sunt.

[l. 16.] Προωτέρυσιν, vulg. πρότερον.

οὔπω δύο μῆνας ὑπεδεδημηκώς, κατελέγην στρατιώτης· αἰσθόμενος δὲ τὸ παραχθὲν, ὑπεστρώμην οὐδέως ὑπὸ μηδενὶ ὑγιεῖ καταλέχθαι. Προσελθὼν οὖν τῷ στρατηγῷ, ἐδήλωσα ὅτι ἐστρατευμένος εἴην· ἔτυχον δὲ οὐδενὸς τῶν μετρίων. Περιπλακιζόμενος δὲ, ἠγανάκτουν μὲν, ἡσυχίαν δ' εἶχον. Ἀπορούμενος δὲ, καὶ συμβουλευόμενος τινὶ τῶν πολιτῶν τί χρήσομαι τῷ πράγματι, ἐπυθόμην ὡς καὶ δήσειν με ἀπολοῖεν, λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐλάττω χρόνον Καλλικράτους Πολύαινος ἐνδημοίη. Καὶμοὶ μὲ τὰ πραφρημένα διείλεκτο ὑπὸ τῇ Φιλίου σκαπέζῃ. Οἱ δὲ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος, ἀπαγγείλαντος τινὸς ὡς ἐγὼ λοιδορῶιμι, τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ, πρὸς τὸν νόμον ζημιῶσαι ἠξίουν. Ἐπιβαλόντες δὲ τὸ ἀργύριον, πράξαντες μὲ οὐκ ἐπεχείρησαν· ἀξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς, γράψαντες εἰς λεύκωμα τοῖς σκιάις παρέδοσαν.

[l. 2 & 3.] Ὑπελοπούμεν, vulg. ὑπελυπούμεν.

[l. 3 & 4.] Καλειλέχθαι, προσελθὼν, Ald. καλπλέχθαι, προελθών.

[l. 9, 10 & 11.] Ὅτι οὐδὲν . . . . ἐνδημοίη. Hic locus intellectu est difficilis; videatur latina mea interpretatio. Ex hoc nempè loco colligere est, Polyænum fuisse hujusce causæ reum, & Callicratem tribunum illius manipuli in quo Polyænus militaret.

civitatem, nondùm duos menſes commoratus, miles ſum adſcriptus. Quod ubi intellexi, ſtatìm mihi in mentem venit me ob cauſam non ſatis ſanam adſcriptum fuiſſe. Quapropter ad ſtrategum accedens, ſignificavi militiâ me fuiſſe defunctum; at nihil æqui impetrare potui. Quum me irrideri viderem, me tamen continui quamvis ægrè ferens. In anguſtias verò redactus, conſilioque cum cive quodam inito quâ ratione me gererem, reſcivi quòd me vincire minitarentur, dicentes quòd Polyænus jam militans non minorem Athenis commorationem faceret quàm Callicrates. Atque illa prolata à me in magiſtratus convicia, dicta ſunt ad Philiæ menſam. Cteſicles & ipſius aſſeſſores, deferente neſcio quo me ipſis conviciatum fuiſſe, quum lex diſertè vetet ne quis magiſtratui convicietur in ipſo tribunali, præter legem me mulctare voluerunt. Irrogatâ igitur mulctâ, eam quidem ſuperſederunt exigere; exeunte autem magiſtratu debitum in tabellam relatum tradiderunt quæſto-

---

[l. 11.] Intelligo τὰ προειρημένα de conviciis dictis à reo contrà magiſtratus, de quibus conviciis anteà dixerant accuſatores.

[Ibid.] Διείλεκτο, Ald. διήλεκτο.

[l. 16.] Ἐπιβαλόντες, Ald. ἐπιβαλλόντες.

[l. 18.] Λευκῶμα, codd. Sang., Vindob., & Ald. λευκῶνα.

Οἵδε μὲ τάδε διεφεύξαντο· οἱ δὲ Ζαμίαι, ὐδὲν ὅμοιον τοῖςδε ἀγανοηθέντες, ἀναπαλεσάμενοι τοὺς ἀδαδόντας τὲ ἀπογράφην, ἐσποῶντο τῆς αἰτίας τὴν φέφασιν. Ἀκύσαντες δὲ τὸ γεγενημένον, ἐννοοῦντες οἷα πεπονθὼς ἦν, τὸ μὲ φῶτον ἔπεθον αὐτοὺς ἀφεῖναι, διδάσκοντες ὡς ὀκ ὀπιφανὲς εἴη τῆ πολιτῶν τινας ἀγὰ τὰς ἔχθρας ἀναγράφεσθαι. Ἀποροῦντες δὲ μεταπείσαι αὐτοὺς, τὸν παρ' ὑμῆ κίνδυνον ὑποστάντες, ἄκυρον τὴν ζημίαν ἔκριναν.

Ὅτι μὲ οὖν ἀφείθην ὑπὸ τῆ Ζαμιῶν, ὀπίσαθε· φεσήκειν δὲ ἡγούμηγ διὰ ταύτιν τὴν ἀπόδειξιν ἀπαλλάχθαι δ' ἐγκλήματος, ἐπ πλείονας ὁ νόμυς ὁ ἄλλας δικαιώσεις ἀδικήσομαι. Καί μοι λάβε τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

Τοῦ μὲ νόμου ἀγορεύοντος τοὺς

[l. 2 & 3.] Vulg. habet ἀναπαλεσάμενοι δὲ τὰς παράλας, καὶ τὴν γραφὴν, quod emendavi ut legitur.

[l. 12.] Vulg. ὁ διὰ ταύτην, delevi καὶ ut vitiosè abundans & phrasim impediens.

[l. 13.] Ad ἀπαλλάχθαι mihi videtur addendum esse adverbium aliquod: arbitratus me debere, propter hanc denuntiationem in jus, IUDICIALI MODO effugere accusationem.

ribus. Hæc ab illis ità gesta sunt; quæstores verò longè aliter animati, iis advocatis qui tradiderunt tabellam, accusationis occasionem perpendebant. Re omni auditâ, in animo reputantes qualia fueram perpessus, primò suadebant ipsis ut me missum facerent, admonentes iniquum esse civium quosvis propter simultates ærarii debitores inscribi. Quod quum eos exorare non potuissent, periculo omni quod à vobis imminere possit in se recepto, mulctam irritam esse pronuntiârunt.

III. 1°. Me igitur à quæstoribus absolutum fuisse intelligitis; sed quum arbitrer decere me, propter denuntiationem in jus, judiciali modo effugere accusationem, plures adhuc leges & plura alia juris capita vobis proferam. Mihi sume legem & testes voca.

LEX. TESTES.

Legem audistis quæ disertè præcipit ut qui in

[1. 13 & 14.] Πλείονας refer & ad νόμους & ad δικαιώσεις. Lysias inquit Harpocratio ad vocem δικαιώσις, accipit τὰς δικαιώσεις pro δικαιολογίας. Ceterùm haud video quid intelligat orator per πλείονας & νόμους & ἄλλας δικαιώσεις, quum nullæ adhuc leges recitatæ, nulla judicialia argumenta producta fuerint.

[1. 15 & 16.] Ità interpretatus sum quasi legeretur, λάβε μοι τὸν νόμον & καλεῖ μαρτύρας. ΝΟΜΟΣ. ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορούνλας ζημιοῦν, ἀκηκόατε. Ἐγὼ δ' ὅτι μὴν οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ δεχεῖον, μάρτυρας παρεχόμην. Ἀδίκως δὲ ζημιωθεὶς, οὔτ' ὀφείλω, οὔτ' ἐκτίσαι δίκαιός εἰμι. Εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν, ἠδικηκὼς μὴ ἑαυτὸν φαίνομαι, ἔχθρα ἢ ἄνευ τούτου παραλόγως ζημιωθείς.

Συνέγνωσαν ἢ καὶ αὐτοὶ σφίσιν ὡς ἠδικηκότες. Οὔτε γὰρ δυνάμεις ἀπέχον, οὔτε εἰς δικαστήριον εἰσελθόντες, τὰ πεφυκότα ψήφῳ κύρια κατέστησαν. Εἰ δ' οὖν ἐζημίωσαν μὴ οἷδε πεφυκότως, ἐκύρωσαν δ' ἐν ὑμῖν τὴν ὑπιβολὴν, καὶ τῆς ζημίας ἀφέντων, εἰκότως ἂν ἔτι ἐγκλήματος ἀπηλλαγμένοι εἶεν. Οἱ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν πράξασθαι ἢ ἀφεῖναι, ἐννόμως ἢ ζημιωθεὶς, δικαίως ἂν ὤφειλον. Εἰ δ' ἔξεστι μὲν αὐτοῖς ἀφεῖναι, διδόασι ἢ αὐτοὶ δυνάμεις ἀπὲρ ὧν ἂν ἀδικεῖ-

---

[l. 8.] Ἄνευ τούτου, i. e. ἄνευ τοῦ ἠδικηκέναι μέ τι.

[Ibid.] Vulg. παραγώγως. Dedi παραλόγως quod habent codd. B, Sang. Vindob. & Brulart.

[l. 9.] Συνέγνωσαν ἢ καὶ αὐτοὶ σφίσιν, Ald. συνέγνωσα ἢ καὶ αὐτοῖς φησὶν, cod. B legit ut vulgata, cod. Sang. quoque, nisi quòd pro αὐτοὶ habeat αὐτοῖς.

[l. 12 & 13.] Ad ἐζημίωσαν & ἐκύρωσαν sub. ἄν. Intellige οἷδε, Cteficles & ejus affeclæ.

ipſo tribunali convicia fecerint, mulctentur. Quòd verò in tribunal omninò non ſim ingreſſus, teſtimoniis comprobatum fuit. Mulctâ igitur per injuriam irrogatâ, ſolvere neque teneor, neque debeo. Nam ſi conſtet me omninò in tribunal non fuiſſe ingreſſum, & lex præcipiat eos eſſe mulctandos qui intrà illud peccaverint, nihil me contrà legem egiſſe apparet, verùm innocentem propter privatas inimicitias præter legem mulctari.

2°. Sibi verò ipſi conſcii fuerunt ſuæ injuſtitiæ. Neque enim rationes dare ſuſtinuerunt, neque ad judicium accedentes ſua acta ſuffragiis veſtris rata fieri voluerunt. Quòd ſi me ſecundùm leges mulctaſſent, eamque mulctam confirmaſſent apud vos, jure ab omni criminatione eſſent liberati, tametſi eam remiſiſſent quæſtores. Hos enim penes erat vel mulctam exigere vel remittere : at ex lege mulctatus, jure debuiſſem. Porrò ſi quæſtoribus quidem licet remittere, ſed iidem tenentur eorum reddere

---

[1. 13.] Ἐπιβολὴν, ℭ ϟϟ, vulg. ἐπιβολὴν ϟϟ. Codd. B & Sang., ſicut & Aldus, legunt ἐπιβουλήν.

[1. 15.] Vulg. εἰ μὲν, dedi οἱ μὲν, & intelligo de quæſtoribus.

[1. 16.] Ἐννόμως δέ. Addidi δὲ quod abeſt à vulg.

[1. 18.] Διδόασι ᾧ αὐτοὶ εὐθύνας ὑπὲρ, vulg. διδόασι ᾧ αὐτοῖς ὑπέρ.

εἰζωσιν, εἴ τι ἠδικήκασι, τῆς προσηκούσης ῥᾳδίως δίκης τύχοιεν].

Ὧ μὲν τρόπῳ παρεδόθην καὶ ἐζημιώθην, ἔφασθε. Δεῖ δὲ ὑμᾶς μὴ μόνον τὴν ἀφίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔχθρας τὴν προφασιν εἰδέναι. Σωκράτῃ γὰρ φίλῳ ἐγιγνόμην, πρότερον μὲν τῆς τούτων ἔχθρας, εἰδὼς ὃ ἐκεῖνον περὶ τὴν πόλιν ἄξιον λόγου γεγενημένον. Γνώριμος δὲ γιγνόμενος διὰ τῆς ἐκείνου δυναστείας, οὔτ' ἐχθρὸν ἐπιμωρησάμην, οὔτε φίλον σύνεργέτησα. Ζῶντος μὲν γὰρ, διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐσχόλαζον· ἐκλιπόντος δὲ τὸν βίον, οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ ἔβλαψα οὐδένα τῶν κατηγορούντων. Ἐγὼ δὲ καὶ ταῦτα εἰπεῖν, ἐξ ὧν ὠφελοίμην ἂν πολὺ δικαιότερον ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων, ἢ κακῶς πάσχοιμι. Τὴν μὲν οὖν ὀργὴν διὰ τὰ προειρημένα συνεῖσαντο, προφάσεως οὐδεμιᾶς πρὸς ἔχθραν ὑπαρχούσης. Ὀμόσαντες μὲν οὖν τοὺς στρατιώτας καταλέξειν, παρέβησαν τοὺς ὅρκους. Προὔθεσαν δὲ τῷ πλήθει βουλεύσασθαι περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἐμοῦ· ζημιώσαντες μὲν ὡς τὴν ἀρχὴν

[l. 6.] Vulg. εἰδῆσαι, prætuli εἰδέναι quod dat cod. Vindob.

[l. 7.] Ἐκεῖνον deest in vulg.

[l. 16 & 17.] Διὰ τὰ προειρημένα, scil. propter potentiam Sostrati de quâ modò diximus.

[l. 17.] Προφασέως; videtur addendum, vel saltem rationem

rationem quæ tractaverunt, si quid deliquerint, facilè pœnas persolvent debitas.

IV. Quo pacto traditus & mulctatus sim, cognoscitis. Vos autem oportet non solum accusationis crimina, verùm etiam inimicitiarum causas percipere. Cum Sostrato in familiaritate vixi, antè has inimicitias, quòd sciverim eum civitatem optimè demeruisse. Ex illius potentiâ ego illustrior factus, quemquam nec inimicum malè, nec amicum benè, affeci. Nam dùm ille vixit, ex necessitate & per ætatem à rebus gerendis abstinebam. Et postquam è vitâ excessit, neminem ex iis qui me accusant aut verbis aut re quidquam læsi. Imò talia proferre possim, ob quæ mei adversarii multò justiùs mihi gratificari deberent quàm nocere. Ipsorum igitur simultatem Sostrati potentia conciliavit, quum nulla alia subesset causa inimicitiarum. Ii suscepto jurejurando se ad militiam coacturos neminem nisi qui non militaverat, jusjurandum violârunt, & ad populum retulerunt de meo capite statuere. Qui quidem me mulctârunt quod magistratui conviciatus fuerim, jure autem

subaudiendum ἄλλης.

[l. 20 & 21.] Vulg. habet, προὔθεσαν ἢ τὸ πλῆθος βυλεῦσαι περὶ τοῦ σώματος· Ζημιώσαντες, quod emendavi ut legitur. Cod. Sang. habet προὔθεσαν ἢ τῷ πλήθει βυλεῦσαι περὶ τοῦ σώματος ζημιώσαντες. Cod. Vindob. dat quoque τῷ πλήθει.

λοιδορούντα, κατολιγωρήσαντες δὲ τοῦ δικαίου, βιαζόμενοι βλάπτειν ἐξ ἁπαντος τοῦ λόγου, πᾶν ἔπραξαν, μέλλοντες μεγάλα μὲ ἐμὲ βλάψειν, πολλὰ δ' ἑαυτοὺς ὠφελήσειν. Οἵτινες, οὐδετέρου τούτων ὑπάρχοντος, πάντα περὶ πλείονος ποιοῦνται τοῦ δικαίου. Ἀλλὰ γὰρ οἱ κατεφρόνησαν τοῦ ὑμετέρου πλήθους, οὐδὲ φοβηθῆναι τοὺς θεοὺς ἠξίωσαν· ἀλλ' οὕτως ὀλιγώρως καὶ παρανόμως προσηνέχθησαν, ὥστε ἀπολογήσασθαι μὲ περὶ τῶν πεπραγμένων οὐδ' ἐπεχείρησαν· τὸ δὲ τελευταῖον, νομίζοντες οὐχ ἱκανῶς με τεπιμωρῆσθαι, τὸ πέρας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασαν. Διαλεθέντες δ' οὕτω παρανόμως καὶ βιαίως, ἐπικρύψασθαι τὴν ἀδικίαν περὶ οὐδενὸς ἐποιήσαντο· παραγαγόντες δ' πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν, ἠδικηκότα με οὐδὲν ἐπιδεικνύουσι, καὶ λοιδοροῦσι, τοῖς μὴ ἐμοῖς ἐπιτηδεύμασιν οὐ προσηκούσας ἀφαβολὰς ἐπιφέροντες, τοῖς δ' αὐτῶν τρόποις τὰς οἰκείας καὶ συνήθεις.

Οἴδε μὲ οὖν ἐκ παντὸς τοῦ τρόπου προθυμοῦνται με τῇ δίκῃ ἁλῶναι· ὑμεῖς δ', μήτε, τῆς τούτων ἀφαβολῆς ἐπαρθέντες, ἐμοῦ καταψηφίσησθε,

---

[l. 4 & 5.] Οὐδετέρου τούτων refer ad μεγάλα ἐμὲ βλάψειν & πολλὰ ἑαυτοὺς ὠφελήσειν.

[l. 5.] Περὶ πλείονος, vulg. περὶ ἐλάττονος.

ſpreto, & conati ex omni modo me lædere, nihil infectum reliquerunt, ut mihi graviſſimum detrimentum, ſibimetipſis magnam ulciſcendi voluptatem, compararent: quumque neutrum ipſis ſucceſſerit ex ſententiâ, jura omnia ſus deque habent, &, præterquàm quòd populum Athenienſem contempſerunt, neque deorum numen ſunt reveriti; ſed cum tanto tùm veſtrûm tùm legum contemptu mecum egerunt ut res à ſe geſtas ne defendere quidem conati ſint: ad poſtremum denique rati non ſatis graves de me pœnas ſumptas fuiſſe, quantùm in ſe fuit, me ex urbe ejecere. Tantam autem injuſtitiam atque violentiam quum in me exercerent, improbitatem ſuam occultare nihil penſi habebant: ſed mihi rursùs integratâ lite, dùm nihil me peccaſſe arguunt, conviciantur ſolùm, coacervatis nempè iis maledictis quæ meo vivendi inſtituto nihil conveniunt, ſuis verò ipſorum moribus propria ſunt & cognata.

V. Iſti igitur omni modo laborant ut causâ cadam; vos autem nolite iſtorum calumniis adducti me condemnare, neque eorum autoritatem

---

[l. 6.] Poſt ἀλλὰ γὰρ vulg. habet εἰ, pro quo dedi juxtà Marklandum οἱ, qui.

[l. 18.] Pro τὰς malim ad Reiskii mentem πάνυ.

[l. 22.] Καταψηφίσασθε, cod. Vind. καταψηφίσαιτο.

μήτε τοὺς βέλτιον ἢ δικαίως βουλευσαμένους, ἀπύθους καταστήσητε. Οἵδε μὴν γὰρ ἀπαντᾶν ἢ τοὺς νόμους ἢ τὸ εἰκὸς ἔπραξαν. Ἠδικηκότες μὲν γὰρ οὐδὲν φαίνονται, λόγον δὲ πλεῖστον τῶν δικαίων
5 ποιησάμενοι. Τούτων μὲν οὖν ἀδικούντων, μετρίως ἂν ἠγανάκτουν, ἡγούμενοι τεταχθαι, τοὺς μὲν ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν, τοὺς δὲ φίλους εὖ· παρ' ὑμῶν δὲ τῶν δικαίων στερηθεὶς, πολὺ ἂν μᾶλλον λυπηθείην. Δι' ἐχθραν μὲν γὰρ οὐ δόξω κακῶς πεπονθέναι, διὰ κακίαν δὲ ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως.
10 Λόγῳ μὴν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ἀγωνίζομαι, ἔργῳ δὲ, περὶ πολιτείας. Τυχὼν μὲν γὰρ τῶν δικαίων (πιστεύω δὲ τῇ ὑμετέρᾳ γνώμῃ) μείναιμι ἂν ἐν τῇ πόλει· ἀδικηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶνδε, εἰ ἀδίκως
15 ἀλοίην, ἀποδραίην ἄν. Τίνι γὰρ ἐπαρθέντα ἐλπίδι δεῖ με συμπολιτεύεσθαι, ἢ τί με χρὴ διανοηθέντα, εἰδότα μὲν τῶν ἀντιδίκων τὴν παρανομίαν,

---

[l. 1 & 2.] Βουλευσαμένους refer ad quæstores, sicut & οἵδε quod sequitur.

[l. 5.] Τούτων, nempè, Cteſiclis & ejus collegarum.

[l. 6.] Ad τεταχθαι ſub. φύσει.

[l. 10.] Διὰ κακίαν, ſcil. τὴν ἐμήν. Poſt δὲ addidi juxtà Reiskium ἐκπεσεῖν.

[l. 11.] Ἀπογραφῆς, vulg. ἀπογραφῆς. Antè πολιτείας velim addi τῆς. Codd. B, Sang. & Vindob. habent quoque ἀπογραφῆς.

irritam facere qui rectam & honestam tulerunt sententiam. Hi quippè omnia ex legibus & rectâ ratione egerunt; nihilque eos injustè fecisse, verùm recti & æqui maximam rationem habuisse constat. Isti igitur si me iniquè lædant, non admodùm graviter tulerim, quòd ità res comparatas esse existimem ut quisque velit inimicos malè, amicos benè, afficere: sin vestrâ sententiâ meo jure frauder, multò graviùs mihi dolendum esse existimabo. Non enim videbor calamitatem aliquam propter inimicitias tulisse, sed patriâ excidisse propter meam pravitatem. Verbo itaque de inscriptione in ærarium, re autem ipsâ de civitate mihi agitur. Nam si jus consequar (quod spero, vestrâ confisus æquitate) domi manebo: at si ab istis vocatus in judicium, injustè causâ cadam, aliò migrare decrevi. Quâ enim spe, quonam animo hîc mihi vivendum erit, quum infensum adversariorum studium videam, & ignorem quo

---

[l. 12, 13 & 14.] Vulg. dat τῆς δικαίων, πιςεύων ὃ τῇ ὑμετέρᾳ γνώμῃ, μένναιμι ἂν τῇ πόλει. Optimam Reiskii emendationem admisi. Cod. Vindob. habet quoque πιςεύω pro πιςεύων in vulg. Deindè pro πραχθεὶς in vulg. dedi juxtà Marklandum παραχθεὶς, adductus, nempè, in judicium. Aldus habet πραθείς.

[l. 16 & 17.] Διανοηθέντα, sub. συμπολιτεύεσθαι quod præcessit.

ἀποροῦντα δ' ὅθεν χρὴ τῶν δικαίων τινὸς τυχεῖν; Περὶ πλείστου οὖν ποιησάμενοι τὸ δίκαιον, καὶ ἐνθυμηθέντες ὅτι καὶ ὑπὲρ τῶν φειδωνῶν ἀδικημάτων συγγνώμην ποιεῖσθε, τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας, διὰ τὰς ἔχθρας μὴ φείδησθε ἀδίκως τοῖς μεγίστοις ἀτυχήμασι φειωσόντας.

[1. 6.] Ἀτυχήμασι, vulg. ἀδικήμασι.

pacto jus meum obtinere possim. Plurimi igitur æquitatem facientes, & reputantes vobiscum vos aliquandò manifestis delictis veniam concedere, ne committatis hodie ut qui nihil deliquerint, alienarum ergò inimicitiarum, præter fas in maxima infortunia conjiciantur.

ANALYSIS PRIORIS ORATIONIS *CONTRA THEOMNESTUM.*

PROPOSITUM.

ERANT quædam convicia legibus interdicta, ob quæ aliquis in jus rapi poterat. Theomneſtus quidam à quodam Lyſitheo accuſatus quòd clypeum abjecerit, ità causâ vicerat ut teſtis qui contrà ipſum teſtificatus fuerat, infamiâ notatus fuiſſet. Quum in oratione ſuâ ei qui nunc litigat exprobraviſſet quòd parentem ſuum occiderit, is illum reum agit, & coràm judicibus aggreditur.

I. Brevi exordio poſtquam dixit ſibi in hâc causâ teſtes non defuturos, excuſat ſe quòd aliquem reum agat ob convicia & maledicta.

II. Arguit breviter ſe parentem ſuum non occidiſſe.

III. Refutat fuſiùs adverſarium qui fatebatur quidem ſe ipſi cædem parentis exprobraſſe, ſed contendebat ſe non uſum eſſe ipſis verbis quibus leges utebantur. Per plura exempla & argumenta, necnon argumento ad hominem, probat quàm abſurda ſit iſtiuſmodi defenſio.

IV. Obteſtatur judices ut Theomneſtum condemnent;

1°. Non ipſi Theomneſto parcentes qui clypeum abjecit, & alteri exprobravit quod patrem occiderit; 2°. Ratione ſuî, qui reo melior eſt & egit meliora; 3°. Recordatione teſtis Dionyſii, viri fortiſſimi, quem Theomneſtus iniquè & miſerè infamavit; 4°. Ratione mortui parentis, qui de

patriâ optimè meritus eſt vivens, & cujus virtutem ignaviæ adverſariorum opponit. 5°. Petit à judicibus ne hanc Theomneſti defenſionem audiant, quòd nempè iſtud maledictum præ ira effuderit. 6°. Ad ſe redit, oſtenditque paucis ſe dignum eſſe cui in hâc causâ ſubveniatur.

De hâc oratione loquitur Harpocratio, verùm dubitat utrùm genuina ſit. Ceterùm ſi conjicias ex ætate quâ erat is qui nunc litigat, oratio dici debuit viginti annis poſt expulſos triginta tyrannos, versùs annum antè Chriſtum natum 383.

ΚΑΤΑ
ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ
ΠΡΩΤΟΣ.

ΜΑΡΤΥΡΩΝ μὲν οὐκ ἀποείαν μοι ἔσεσθαι δοκῶ, ὦ ἄνδρες δικασταί. Πολλοὺς γὰρ ὑμῶν ὁρῶ δικάζοντας τῶν τότε παρόντων ὅτε Λυσίθεος Θεόμνησον εἰσήγαγε τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα, οὐκ ἐξὸν
5 αὐτῷ δημηγορεῖν. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι, τὸν πατέρα μ' ἔφασκεν ἀπεκτονέναι τὸν ἐμαυτοῦ. Ἐγὼ δ' εἰ μὴ τὸν ἑαυτοῦ με ἀπεκτονέναι ἠπάτο, συγγνώμην ἂν εἶχον αὐτῷ τῶν εἰρημένων (φαῦλον γὰρ αὐτὸν καὶ ἀδενὸς ἄξιον ἡγούμην)· ἀλλ' εἴ τι
10 ἄλλο τῶν ἀπορρήτων ἤκουσα, οὐκ ἂν ἐπεξῆλθον αὐτῷ (ἀνελευθέρου γὰρ καὶ λίαν φιλοδίκου εἶναι νομίζω κακηγορείας δικάζεσθαι)· νυνὶ δ' αἰσχρόν

[lineâ 7.] Με ἀπεκτονέναι, Ald. non habet με.

[l. 9 & 10.] Cod. B etiam εἴ τι ἄλλο, cod. Sang. εἰ τὸ ἄλλο, Ald. εἴ τῳ ἄλλῳ.

[l. 10.] Τὰ ἀπόρρητα explicat Harpocratio τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις, legibus interdicta, nempè, convicia. Quæ porrò, inquit ille, alter alteri objicere per leges

CONTRA
THEOMNESTUM
ORATIO PRIOR.

I. TESTIUM paucitas non mihi videtur esse metuenda, judices: multos enim ex vobis sedere ad judicandum video, qui adfuerunt quum Lysitheus detulit Theomnestum quòd arma abjecerit, ipsique proindè non liceat ad populum verba facere. In illâ quippè causâ dixit me patrem meum interfecisse. Ego verò, si criminatus fuisset quòd suum parentem interfecerim, ea quæ dixit potuissem condonare, siquidem illum contemptum hominem & nullius pretii existimabam; neque si quid eorum in me ab ipso dictum fuisset quæ lex dici vetat, litem ipsi intendissem, id nempè judicans illiberalis esse & litigiosi hominis, convicii aliquem postulare: verùm mihi turpe videtur esse,

---

vetaretur, Lysias declaravit oratione adversùs Theomnestum. At, ut ex ipsâ oratione patet, non omnia quidem, sed nonnulla tantummodò.

[l. 11.] Legi cum Marklando ἀνελευθέρȣ & φιλόδικȣ pro ἀνελεύθερον & φιλόδικον in vulg.

μοι εἶναι δοκεῖ, περὶ οὗ πατρὸς οὗτω πολλοῦ ἀξίου γεγενημένου καὶ ὑμῖν καὶ τῇ πόλει, μὴ τιμωρήσασθαι τὸν ταῦτ' εἰρηκότα. Καὶ παρ' ὑμῶν εἰδέναι βούλομαι πότερον δώσετε δίκην, ἢ τούτῳ μόνῳ Ἀθη-
5 ναίων ἐξαίρετόν ἐστι καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν ὅσα ἂν νόμιζε ὅ,τι ἂν βούλησθε.

Ἐμοὶ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἔτη εἰσὶ τρία καὶ τεσσαράκοντα, ἐξ ὅτου δι' ὑμεῖς κατελελύθατε, εἰκοσὸν ζωτί. Φαίνομαι δ' ἐν δισταγδεκέτης ὤν, ὅτε
10 ὁ πατὴρ ὑπὸ τῶν Τεσσαράκοντα ἀπέθανεν. Ταύτων δ' ἔχων τὴν ἡλικίαν οὔτε ὅ,τι ἔστιν ὀλιγαρχία ἠπιστάμην, οὔτε ἂν ἐκείνῳ ἀδικουμένῳ ἠδυνάμην βοηθῆσαι. Καὶ μοῦ δὴ σὺν ὀρθῶς τῶν χρημάτων ἕνεκα ἐπεβούλευσα αὐτῷ. Ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἀδελ-
15 φὸς Παυσανίας ἅπαντα παρέλαβε, καὶ ὑπεροπτεύσας ἡμᾶς τῶν παρόντων ἀπεστέρησεν. Ὥστε πολλῶν ἕνεκα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, προσῆκέ μοι αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν. Ἀνάγκη μοῦ ἕν περὶ αὐτῶν μνησθῆναι· οὐδὲν δ' δεῖ πολλῶν λόγων. Σχεδὸν ὑπίσασθε ἅπαντες ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὅμως δ' μάρτυρας αὐτῶν παρέξομαι.

[l. 7 & 8.] Vulgata habet εἰσὶ τριάκοντα, ἐξ ὅτου ὑμεῖς, quod emendavi ex viris doctioribus & ex alterâ oratione.

[l. 11.] Vulg. ὅτ' εἰ ἔστιν, dedi οὔτε ὅ,τι ἔστιν ut in

ſi ab eo qui hæc de patre dixit tantoperè de vobis & de republicâ benè merito, non pœnas repetam. Atque ex vobis cognoſcere velim utrùm iſte pœnas daturus ſit, an iſti ſoli Athenienſium peculiariter ſit conceſſum & agere & dicere præter legem quodcumque collibitum fuerit.

II. Tres & triginta annos natus ſum, judices, & à veſtro reditu hic eſt annus viceſimus. Patet igitur annos tredecim me natum fuiſſe, quum pater meus à trigintaviris interfectus eſt. Illâ autem ætate, neque quid fuerit oligarchia ſcire, neque patri mortuo ſuccurrere, potui. Neque etiam rectè pecuniarum causâ illi inſidiatus fuiſſem: omnes enim facultates accepit frater major natu Pantaleon, tutorque nobis datus bonis paternis nos exuit. Ità ut multis de cauſis, judices, ad me pertineret illum velle ſupereſſe. Ceterùm neceſſe erat de his rebus verba facere; multis autem non opus eſt. Ferè omnes ſcitis me hæc vera dicere, horum tamen teſtes adducam.

---

alterâ oratione. Codd. B, Vindob. & Sang. legunt ὅτ' εἰ ἐςίν.

[l. 15.] Pro Παύλαλέων altera oratio habet πάύλα λαβών.

[l. 16.] Vulg. ὑμᾶς, dedi ἡμᾶς quod habent Codd. B & Sang.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ἴσως τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τούτων μὴ οὐδὲν ἀπολογήσεται, ἐρεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς ἅπερ ἐπόλμα λέγειν καὶ πρὸς τὸν διαιτητήν, ὡς οὐκ ἔστι τῶν ἀπορρήτων, ἐάν τις τινὰ εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι. Τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ' ἀπαγορεύειν, ἀλλ' ἀνδροφόνον οὐκ ἐᾶν λέγειν.

Ἐγὼ δ' οἶμαι ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων διαφέρεσθαι, ἀλλὰ τῆς τούτων διανοίας· καὶ πάντας εἰδέναι ὅτι ὅσοι ἀνδροφόνοι εἰσὶ, καὶ ἀπεκτόνασι τινάς. Πολὺ γὰρ ἔργον ἦν τῷ νομοθέτῃ ἅπαντα τὰ ὀνόματα γράφειν ὅσα τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει· ἀλλὰ περὶ ἑνὸς εἰπὼν, περὶ πάντων ἐδήλωσεν. Οὐ γὰρ δήπου, ὦ Θεόμνηστε, εἰ μέν τίς σε εἴπῃ παῖδαλοίαν ἢ μηδαλοίαν, ἠξίους ἂν αὐτὸν ὄφλειν σοι δίκην· εἰ δέ τις εἴποι ὡς τὴν τεκοῦσαν ἢ τὸν φύσαντα ἔτυπτες, ὅπου ἂν αὐτὸν

[l. 5.] Τίνα deest in vulg. post. τίς. Cod. B non habet neque τίς neque τίνα.

[l. 9 & 10.] Altera oratio habet τῆς τῶν ἔργων διανοίας.

[l. 10 & 11.] Hîc velim legi ut in alterâ oratione: ὅτι ὅσοι ἀπεκτόνασι τινὰς, καὶ ἀνδροφόνοι τῶν αὐτῶν εἰσι· καὶ ὅσοι ἀνδροφόνοι τινὸς, καὶ ἀπεκτόνασι τοῦτον. Ceterùm pro ἀπεκτείνασι in vulg. dedi ἀπεκτόνασι quod habent codd. B, Vindob. & Sang.

TESTES.

III. Forſan igitur, judices, de his nihil reſpondebit; vobis autem ea dicet quæ coràm arbitro dicere audebat, nempè non eſſe eorum quæ lege interdicuntur, ſi quis aliquem dixerit τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι: hæc enim legem non vetare, ſed ἀνδροφόνον aliquem appellare.

Ego verò, judices, arbitror vos non de vocabulis, ſed de vocabulorum ſententiis laborare, omnesque intelligere quòd quicumque ἀνδροφόνοι ſunt, aliquem neceſſario ἀπεκτόνασι. Magnum enim fuiſſet negotium legiſlatori omnia vocabula ſcribere quæ eamdem ſignificationem habeant; at quum unum protulerit, idem ſtatuit de omnibus. Non enim, Theomneſte, ſi quis te dixerit πατραλοίαν vel μητραλοίαν, pœnas tibi ab eo deberi exiſtimares: ſi quis autem dixerit ὡς τὴν τεκοῦσαν vel τὸν φύσαντα ἔτυπτες, putares utique eum indemnem

---

[l. 1.] Codd. B & Sang. ὑπ' ἐκείνων quoque, Ald. ἐπ' ἐκείνων.

[l. 10.] Vel lege ἑκάστῳ ἔτυχεν, vel ad ἔτυχεν sub.

edictum trigintaviri denuntiârunt ut cicutam biberet, nullâ causâ necis prolatâ: adeò non ipsi licuit lege experiri seque ipsum defendere. Et quum ex carcere mortuus exportaretur, quanquam nobis tres erant ædes, ex nullâ tamen harum eum efferri permiserunt, sed conducto tugurio, ibi eum exponebant. Et quum nobis vestes essent plurimæ, nullam tamen concessere ad sepulturam petentibus, verùm amicorum unus vestem, pulvinum alter, alter quodcumque præstò esset, in funus dabat. Jam qui habebant ex bonis nostris septingentos clypeos, tantùm auri atque argenti, præterea æs, & varia ornamenta, mundumque muliebrem quantum nunquam se nacturos esse arbitrabantur, mancipia denique centum & viginti, quorum præstantissima sibi reservârunt, reliqua contulerunt in publicum; in eam tamen inexplebilem cupiditatem turpemque lucri amorem processere, ea morum suorum prodidere specimina, ut Polemarchi uxoris inaures aureas, quas habuit ubi primùm in ædes ejus venerat, Melobius ex auribus detraxerit. Et ne minimâ quidem in parte

---

ἔχων.

[l. 20.] Vulg. ἑλυκῆρας, assumpsi ex margine ἑλικῆρας, quam lectionem confirmant codd. B & Sang. necnon Harpocratio. Hunc vide ad vocem ἑλικῆρες.

οὐσίας ἐλέσθαι παρ' αὐτῶν ἐτυγχάνομεν, ἀλλ' ὅπως εἰς ἡμᾶς δι' τὰ χρήματα ἐξημάρτανον, ὥσπερ ἂν ἕτεροι μεγάλων ἀδικημάτων ὀργὴν ἔχοντες.

Οὐ τούτων ἀξίους γε ὄντας τῇ πόλει, ἀλλὰ πάσας τὰς χορηγίας χορηγήσαντας, πολλὰς δ' εἰσφορὰς εἰσενεγκόντας, κοσμίους δ' ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχοντας, καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας, ἐχθρὸν δ' οὐδενὶ κεκτημένους, πολλοὺς δ' Ἀθηναίων ἐκ τῶν πολεμίων λυσαμένους, τοιούτων ἠξίωσαν· οὐχ ὁμοίως μετοικοῦντας, ὥσπερ αὐτοὶ ἐπολιτεύοντο. Οὗτοι γὰρ πολλοὺς μὲν τῶν πολιτῶν εἰς τοὺς πολεμίους ἐξήλασαν, πολλοὺς δ' ἀδίκως ἀποκτείναντες, ἀτάφους ἐποίησαν, πολλοὺς δ' ἀτίμους ὄντας, ἀτίμους τῆς πόλεως κατέστησαν, πολλῶν δὲ θυγατέρας μελλούσας ἐκδίδοσθαι, ἐκώλυσαν· καὶ εἰς τοσοῦτον εἰσι τόλμης ἀφιγμένοι, ὥστ' ἥκουσιν ἀπολογησόμενοι, καὶ λέγουσιν ὡς οὐδὲν κακὸν οὐδ' ἀργὸν εἰργασμένοι εἰσίν. Ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν αὐτοὺς ἀληθῆ λέγειν· μετὴν γὰρ ἂν καὶ ἐμοὶ τούτου πάγαθοῦ οὐκ ἐλάττιον μέρος· νῦν δ' ὅτε πρὸς τὴν πόλιν αὐτοῖς τοιαῦτα ὑπάρχει, ὅτε πρὸς ἐμέ. Τὸν ἀδελφὸν γάρ μου (ὥσπερ καὶ

[l. 2 & 3.] Ὥσπερ ἂν, Ald. ὥσπερ γ' ἄν.

[l. 4.] Ἀξίους ὄντας refer ad εἰς ἡμᾶς quod præcessit; nisi referre malis ad τοιούτων ἠξίωσαν quod sequitur.

[l. 6.] Εἰσενεγκόντας vulg. ἐνεγκόντας simplex.

fortunarum noſtrarum quidquam humanitatis ab iſtis ſumus experti; verùm propter divitias noſtras ità atrociter nos exceperunt ut ſolent alii propter graviſſimas injurias.

5°. Atqui non hæc meriti eramus à republicâ: verùm nobis qui ſumptus omnes publicos tulimus, qui multa tributa perſolvimus, qui nos modeſtè geſſimus, qui omnia imperata exſecuti fuimus, qui nullius nobis inimicitias conciliavimus, multosque Athenienſes ab hoſtibus redimendos curavimus; nobis, inquam, hanc gratiam retulere, nobis qui inquilinos ejuſmodi nos non præſtitimus quales illi ſe reipublicæ duces præſtabant. Illi etenim civium multos ad hoſtes confugere coegerunt, multos iniquè occiſos jacere inſepultos paſſi ſunt, multos jure civium utentes civitatis communione expulerunt, multorumque filias jam nupturas prohibuerunt ne nuberent: eò tamen audaciæ ſunt provecti, ut etiam veniant defenſionem meditantes, ac dicant ſe nihil mali, nihil turpe commiſiſſe. Vellem utique eos hæc vera dicere; iſtius enim boni non minima pars ad me pertineret: jam verò longè aliter res ab iſtis geſtæ ſunt tùm ergà me tùm ergà civitatem. Fratrem enim meum, ut

[l. 14.] Intelligo ἀτίμους τῆς πόλεως, juribus & muniis civitatis orbatos, malim tamen abeſſe τῆς πόλεως.

[l. 19.] Ἂν deeſt in Aldo.

πρότερον εἶπον) Ἐρατοσθένης ἀπεκτεινεν, οὔτε αὐτὸς ἰδίᾳ ἀδικούμενος, οὔτε εἰς τὴν πόλιν ὁρῶν ἐξαμαρτάνοντα, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ πλεονεξίᾳ προθύμως ἐξυπηρετῶν. Ἀναβιβασάμενος δ' αὐτὸν
5 βούλομαι ἔρεσθαι, ὦ ἄνδρες δικασταί. Τοιαύτην γὰρ γνώμην ἔχω· ὅτι μὲν τῇ τούτου ὠφελείᾳ καὶ πρὸς ἕτερον περὶ τούτου διαλέγεσθαι ἀσεβὲς εἶναι νομίζω, ὅτι δὲ τῇ τούτου βλάβῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν τοῦτον, ὅσιον καὶ εὐσεβές.

10 Ἀνάβηθι οὖν μοι καὶ ἀπόκριναι εἴ τι ἄν σε ἐρωτῶ. Ἀπήγαγες Πολέμαρχον, ἢ οὔ; Τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων προσταχθέντα δεδιὼς ἐποίουν. Ἦθα δ' ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ὅτε οἱ λόγοι ἐγένοντο περὶ ἡμῶν; Ἦν. Πότερον συνηγόρευες τοῖς κελεύουσιν
15 ἀποκτεῖναι, ἢ ἀντέλεγες; Ἀντέλεγον. Ἵνα ἀποθάνωμεν; Ἵνα μὴ ἀποθάνητε. Ἡγούμενος ἡμᾶς ἄδικα πάσχειν ἢ δίκαια; Ἄδικα.

Εἶτ', ὦ κακιστότατε πάντων, ἀντέλεγες μὲ ἵνα σώσειας, συνελάμβανες δὲ ἵνα ἀποκτείνοις;
20 καὶ ὅτε μὲ τὸ πλῆθος ἦν ὑμῶν κύριον τῆς σωτηρίας

[l. 9.] Ὅσιον καὶ εὐσεβὲς, Ald. ὅσον καὶ ἀσεβὲς, codd. B & Sang. ὅσον καὶ εὐσεβές.

[l. 11.] Ἀπήγαγες, Ald. ἐπήγαγες.

[l. 13.] Pro ἐγένοντο in vulg. dedi ut in margine ἐγίνοντο, quam lectionem confirmat cod. Sang. Legitur in cod. B ὅτι οἱ λόγοι ἐγίγνοντο.

priùs

priùs dixi, Eratosthenes interfecit, nullâ privatìm injuriâ læsus, nihilque illum delinquentem nactus in civitatem, verùm suæ improbitati cupidè morem gerens. Hunc autem productum interrogare velim, judices. Quippè in eâ sententiâ sum, ut salutis hujus gratiâ cum alio homine sermocinari impium esse existimem, sed ejusdem exitii causâ vel cum eo ipso colloqui sanctum esse & pium judicem.

CONFIRMATIO.

I. Ascende igitur, & si quid te interrogavero responde. Abduxistine Polemarchum, an non? Quæ à collegis meis imperata erant metu coactus exequebar. Aderasne in curiâ quum sermo de nobis habitus est? Adfui. Assentiebarisne iis qui nostram mortem suadebant, an contradicebas? Contradicebam. Quid? ut interficeremur? Ne interficeremini. Arbitratusne nos iniqua pati vel æqua? Iniqua.

Itane igitur, omnium sceleratissime, contradicebas ut nos servares, comprehendisti verò ut interficeres? Et quum penes vos universos nostra

---

[l. 15 & 16.] Ἵνα ἀποθάνωμεν, sub. πότερον ἔπρατ-τες.

[l. 19.] Ἀποκτείνοις, cod. Sang. & Ald. ἀποκτείνῃς.

τῆς ἡμετέρας, ἀντιλέγειν φὴς τοῖς βουλομένοις ἡμᾶς ἀποκτέναι· ἐπειδὴ δὲ ὅτι σοὶ μόνῳ ἐγένετο καὶ σῶσαι Πολέμαρχον καὶ μὴ, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπήγαγες; Εἶθ' ὅτι μὴ, ὡς φὴς, ἀντιπόνον οὐδὲν
5 ὠφέλησας, ἀξιοῖς χρηστὸς νομίζεσθαι· ὅτι δὲ συλλαβὼν ἀπέκτεινας, οὐκ οἴει ἐμοὶ καὶ Δυτοισὶ δοῦναι δίκην; Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο εἰκὸς αὐτῷ πιστεύειν, εἴπερ ἀληθῆ λέγει φάσκων ἀντιποιεῖν, ὡς αὐτῷ προστέταχθαι· οὐ γὰρ δήπου ἐν τοῖς μετοίκοις πίστιν
10 παρ' αὐτοῦ ἐλάμβανον. Ἔπειτοι τῷ πιστὸν εἰκεῖνῳ προσταχθῆναι, ὅστις ἀντιπόνου γε ἐτύγχανεν, καὶ γνώμην ἀποδεδειγμένου; τίνα γὰρ εἰκὸς ἦν ἥττον ταῦτα ὑπηρετῆσαι, ἢ τὸν ἀντιπόνοντα οἷς ἐκεῖνοι ἐβούλοντο πραχθῆναι;

15 Ἔτι δὲ τοῖς μὴ ἄλλοις Ἀθηναίοις ἱκανή μοι δοκεῖ πρόφασις εἶναι τοῦ γεγενημένων εἰς τοὺς Τριάκοντα ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν· αὐτοὺς γὰρ τοὺς Τριάκοντα, ἂν εἰς σφᾶς αὐτοὺς ἀναφέρωσι, πῶς ὑμᾶς εἰκὸς ἀποδέχεσθαι; εἰ μὴ γάρ τις ἐκ τῆς πόλει
20 ἀρχὴ ἰσχυρότερα αὐτῆς ὑφ' ἧς αὐτῷ προστέτακτο τὰ δίκαιον ἀνθρώπους ἀπολλύναι, ἴσως

[l. 7, 8 & 9.] Τοῦτο, nempè, negotium de peregrinis. Construe hanc vocem cum προσετάχθη, in quod mutandum duxi vulgatæ simplex ἐτάχθη.

[l. 10 & 11.] Vulg. ἔπειτα τῷ πίστιν εἰκὸς ἦν προσταχθῆναι ἢ ὅστις, quod partìm juxtà Reiskium, partìm juxtà

ſalus erat, te ais contradixiſſe noſtram mortem cupientibus: quum autem penes te unum erat Polemarchum vel ſervare vel occidere, in carcerem abduxiſti? Deindè, quòd, ut ais, contradicendo profeceris nihil, vis haberi vir probus: quòd autem comprehenſum virum interfeceris, non arbitraris te mihi & his pœnas daturum? Atqui ſi verum eſt quod ait, ſe contradixiſſe, non ipſi credendum eſt quum dicit ſibi illud munus fuiſſe demandatum; ſiquidem in advenis fidem ejus experiri noluiſſent. Nam cui credibile eſt ei illud munus demandatum fuiſſe qui contradicebat, ſuamque ſententiam palàm profeſſus eſt. Quem enim minùs credere licet imperata ab illis, exequenda recepiſſe, quàm iis rebus contradicentem quas illi perfici voluerunt?

Ad hæc, ceteris quidem civibus rerum geſtarum mihi videtur parata eſſe ſatis honeſta excuſatio, ſi culpam in trigintaviros conferant: at ſi ipſi trigintaviri culpam mutuò conferant in ſeipſos, quî poſſitis illud admittere? Etenim ſi fuiſſet in republicâ major aliqua poteſtas à quâ iſti imperatum eſſet homines enecare præter jus, non injuriâ

Marklandum, emendavi.

[l. 14.] Vulg. ἐϐϐαλεύοντο, accepi ἐϐϐάλοντο ex cod. Sang.

ἂν εἰκότως αὐτῷ συγγνώμην ἔχετε· νῦν δ' παρ' αὐτοῦ πότε καὶ λήψεσθε δίκην, εἴσω δέξεσθαι τοῖς Τριάκοντα λέγω ὅτι τὰ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα πεφραγμένα ἐποίουν, καὶ τὰ τούτοις ἐψηφισμένα;
5 Καὶ μὴν ἐδεῖ οὐκ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ὁδῷ σώζειν αὐτὸν, ὃν συλλάβων ἀπήγαγεν. Ὑμεῖς μὴν πάντες τούτοις ὀργίζεσθε ὅσοι εἰς τὰς οἰκίας ἦλθον τὰς ὑμετέρας, ζήτησιν ποιούμενοι ἢ ὑμῶν ἢ τῶν ὑμετέρων τινός. Καίτοι εἰ χρὴ τοῖς ἀφ' ἑ
10 ἑαυτῶν σωτηρίαν ἑτέρους ἀπολέσασι συγγνώμην ἔχειν, ἐκείνοις ἂν δικαιότερον ἔχοιτε. Κίνδυνος δὲ ἦν πεμφθεῖσι, μὴ ἐλθεῖν, καὶ καταλαβοῦσιν δέξασθαι χρέσθαι. Τῷ δὲ Ἐρατοσθένει δεῖν εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἀπήντησεν· ἔπεφτα, ὅτι οὐκ οἶδεν.
15 Ταῦτα δὲ οὔτε ἔλεγχον οὔτε βάσανον εἶχε, ὥστε μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν βουλομένων οἷόν τε εἶναι δεξελεγχθῆναι. Χρῆν δέ σε, ὦ Ἐρατόσθενες, εἴσω ἦθα χρηστὸς, πολὺ μᾶλλον τοῖς μέλλουσιν ἀδί-

---

[l. 1.] Παρ' αὐτοῦ, cod. Brulart. ὑφ' ἀφ' τοῦ, i. e. ὑφ' ἀφ' τίνος.

[l. 4 & 7.] Vulg. dat ἐποίουν, καὶ μηδὲν δὴ οὐκ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ὁδῷ σώζοντα αὐτὸν, καὶ τὰ τούτοις ἐψηφισμένα, ὃν συλλαβὼν ἀπήγαγεν. Ὑμεῖς δ' πάντες ὀργίζεσθε. Hunc locum ſanè corruptum, quantùm in me fuit, reſtitui, nonnulla tranſponendo vel mutando.

forſan veniam iſti concederetis : jam autem quandò demùm ab iſto repetetis pœnas, ſi licebit trigintaviris dicere quòd trigintavirorum imperiis paruerint, ipſorumque decreta exequerentur? Huc accedit quòd Eratoſthenem oporteret eum quem comprehenſum abduxit, ſi non in domo, at ſaltem in viâ ſervare. Vos quidem omnes ſuccenſetis, ſi qui in ædes veſtras irruerunt, aut vos, aut è veſtris aliquem quæſituri. Attamen ſi his qui ut ſuæ ſalutis rationem haberent alios in exitium rapuerunt, ignoſcendum eſt, illis profectò juſtiùs ignoſcetis. Periculum enim erat, ſi aut miſſi non abirent, aut ſi deprehendentes negarent ſe deprehendiſſe. Eratoſtheni autem licebat dicere ſe vel non occurriſſe viris vel ipſos non noviſſe. Hæc enim neque certis rationibus neque tormentis argui poterant; adeò ut iſte neque ab inimicis, etiamſi id maximè vellent, convinci potuiſſet. Oportuit te, Eratoſthenes, ſiquidem probus eras, multò magis viros injuſtè perituros præmonuiſſe, quàm

---

[l. 9.] Τοῖς, vulg. τούτοις.

[l. 11.] Ἐκείνοις, ſcilicet, his qui cives è domibus extractos in carcerem agebant.

[l. 14.] Οἶδεν, cod. Sang. εἶδεν.

πως ἀποθανεῖται μηνυτὴν γενέσθαι ἢ τοῖς ἀδίκως ἀπολλύουσι συλλαμβάνειν. Νῦν δέ σου τὰ ἔργα φανερὰ γεγένηται οὐχ ὡς ἀνιωμένου, ἀλλ' ὡς ἡδομένου τοῖς γιγνομένοις. Ὥστε τοῦδε ἕκ τῆς ἔργων χρὴ μᾶλλον ἢ ἐκ τῆς λόγων τὴν ψῆφον φέρειν, ἃ ἴσασι γεγραμμένα, τῆς τότε λεγομένων τεκμήρια λαμβάνοντας, ἐπειδὴ μάρτυρας περὶ αὐτῶν οὐχ οἷόν τε παρέχεσθαι. Οὐ γὰρ μόνον ἡμῖν παρεῖναι σὺν δίκῃν, ἀλλ' οὐδὲ παρ' αὐτοῖς εἶναι. Ὥστε ὅπερ τούτοις δεῖ πάντα τὰ κακὰ εἰργασμένοις τὴν πόλιν, πάντα τἀγαθὰ περὶ αὐτῶν λέγειν. Τοῦτο μέντοι οὐ φεύγω, ἀλλ' ὁμολογῶ σοι, εἰ βούλει, ἀντιπεῖν. Θαυμάζω γ' τί ἄν ποτε ποιήσας συνειπὼν, ὁπότε ἀντιπεῖν φάσκων, ἀπέκτεινας Πολέμαρχον. Φέρε δή, τί ἂν εἰ καὶ ἀδελφοὶ ὄντες ἐτύχετε ἀμφω, ἢ καὶ υἱεῖς, ἀπεψηφίσαθε; Δεῖ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, Ἐρατοσθένει δυοῖν θάτερον ἀποδεῖξαι, ἢ ὡς σὺν ἀπήγαγεν αὐτὸν, ἢ ὡς δικαίως τοῦτ' ἔπραξεν. Οὗτος δὲ ὡμολόγησεν ἀδίκως συλλαβεῖν, ὥστε ῥᾴδιαν ὑμῖν τὴν ἀποψήφισιν περὶ αὐτοῦ ποιῆσαι.

Καὶ μὴν δὴ πολλοὶ καὶ τῆς ἀστῶν καὶ τῆς ξένων

[l. 1 & 2.] Vulg. ἢ τοὺς ἀδίκως ἀπολουμένους συλλαμβάνειν, quod emendavi juxtâ Reiskii mentem, ſenſu ità poſtulante. Videatur latina mea interpretatio.

eoſdem in vincula rapere operam navando injuſtè perdentibus. Nunc autem res à te geſtæ ſatis arguunt te non doluiſſe ſed gaviſum eſſe his quæ fiebant. Quapropter hos in ſententiâ ferendâ facta magis oportet quàm verba ſpectare, ex his quæ olìm geſta eſſe ſciunt ea quæ nunc dicuntur judicantes, quandoquidem de his teſtes produci non poſſint. Nobis enim non ſolùm adeſſe, ſed ne manere quidem domi licebat. Iſtos itaque penes eſt, quum de republicâ peſſimè ſunt meriti, optima omnia de ſe prædicare. Equidem non inficior, at concedam, ſi velis, te contradixiſſe. Miror autem quid tandem facturus fuiſſes aſſentiens, quum contradicens interfeceris Polemarchum. Age verò, judices, ſi fratres fuiſſetis illius aut filii, an iſtum abſolveretis? oportet enim Eratoſthenem horum alterum commonſtrare, aut hominem non abduxiſſe, aut id jure feciſſe: ipſe porrò confeſſus eſt ſe illum comprehendiſſe præter jus; fecit igitur ut de ſe facilè judicium ferre poſſitis.

II. Ac multi quidem huc venerunt cùm cives,

[l. 9.] Παρεῖναι, adeſſe, nempè, in publico.

[Ibid.] In vulg. αὐτοῖς cum ſpiritu leni. Intelligo παρ' αὐτοῖς ἦν, apud noſmetipſos eſſe, i. e. domi manere.

[l. 16.] Ἀποψηφίσαιτε, vulg. ἀποψηφίσαιτε.

[l. 19 & 20.] Ὡμολόγησεν, cod Sang. ὁμολόγηκεν.

ἥκουσιν, εἰσόμενοι τίνα γνώμην περὶ τούτων ἕξετε· ὧν οἱ μὲν ὑμετέροι ὄντες πολῖται, μαθόντες ἀπίασιν ὅτι ἢ δίκην δώσουσιν ὧν ἂν ἐξαμάρτωσιν, ἢ περάξαντες μὲν ὧν ἐφίενται, τύραννοι τῆς πόλεως ἔσονται, δυσυχήσαντες δὲ, τὸ ἴσον ὑμῖν ἕξουσιν· ὅσοι δὲ ξένοι ὑπεδημοῦσιν, εἴσονται πότερον ἀδίκως οὗτοι Τριάκοντα ἐκκηρύττουσιν ἐκ τῆς πόλεως, ἢ δικαίως. Εἰ γὰρ δὴ αὐτοὶ οἱ κακῶς πεπονθότες, λαβόντες ἀφήσουσιν, ἢ που σφᾶς αὐτοὺς ἡγήσονται περιέρχους ὥσπερ ὑμῶν τηρουμένους. Οὐκοῦν δεινὸν εἰ οὗτοι μὲν στρατηγοὺς οἱ ἐνίκων ναυμαχοῦντες, ὅτε δὲ χειμῶνα οὐχ οἷοί τ' ἔφασαν εἶναι οὗτοι ἐκ τῆς θαλάττης ἀνελέσθαι, θανάτῳ ἐζημιώσατε, ἡγούμενοι χρῆναι τῇ τῶν τεθνεώτων ἀρετῇ παρ' ἐκείνων δίκην λαβεῖν· τούτους δὲ, οἱ ἰδιῶται μὲν ὄντες καθόσον ἐδύναντο ἐποίησαν ὑμᾶς ἠτιμῶσθαι ναυμαχοῦντας, ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστησαν, ὁμολογοῦσιν ἑκόντες πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀποκτεινύναι, οὐκ ἄρα χρὴ αὐτοὺς καὶ οὗτοι παῖδας ὑφ' ὑμῶν τῶν ἐσχάτων ζημίαις κολάζεσθαι;

[l. 2.] Ὑμέτεροι, vulg. ἡμέτεροι.

[l. 12 & 13.] Οὐχ οἷοί τ', cod. Sang. & Ald. οὐχ οἷόν τ', cod. B οὐχ οἷοί τ'. Deindè codd. B & Sang. habent quoque ἀνελέσθαι, Ald. ἀνθελέσθαι.

[l. 17.] Ὑμᾶς deest in vulg.

tùm hoſpites, cogniturì quænam de iſtis veſtra ſententia ſit futura. Quorum qui veſtri ſunt cives, admoniti diſcedent, ſe vel eorum quæ egerint malè pœnas daturos, vel iis quæ in animo habeant ad exitum perductis, futuros eſſe civitatis tyrannos, ſpe autem excidentes nihilominùs paria vobiſcum conſecuturos. Ex hoſpitibus verò qui adſunt, ediſcent utrùm jure an injuriâ trigintaviros è civitatibus ſuis voce præconis expellant. Nam ſi vos qui pertuliſtis mala, comprehenſos trigintaviros dimiſeritis, ipſi profectò exiſtimabunt ſe moleſtè officioſam pro ſalute veſtrâ operam ſumere. Nonne igitur illud foret iniquiſſimum ſi, quum vos olìm duces navali prælio victoriam adeptos, ob hoc quòd, ut ipſi aiebant, propter tempeſtatem recipere ſubmerſos non potuerint, capitali ſupplicio affeceritis, arbitrati deberi hoc virtuti interemptorum ut ejuſmodi pœnas repoſceretis; iſtos nunc, qui & privati, quantùm in ipſis erat, cladem vobis navalem comparârunt, fatenturque ſe rerum potitos indictâ causâ plurimos cives ultrò interfeciſſe, iſtos, inquam, ipſorumque liberos nonne à vobis extremis ſuppliciis mulctari decet?

[Ibid.] Ναυμαχῶνλας, codd. B & Vindob. ναυμαχῶνλες.

[l. 20.] Ὑφ' ὑμῶν, vulg. ἀφ' ὑμῶν.

Ἐγὼ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἠξίουν ἱκανὰ εἶναι τὰ κατηγορημένα. Μέχρι γὰρ τούτου νομίζω χρῆναι κατηγορεῖν, ἕως ἂν θανάτου δόξῃ τῷ φεύγοντι ἄξια εἰργάσθαι· τότε γὰρ ἐχάτην δίκην δυνάμεθα παρ' αὐτῶν λαβεῖν. Ὥστ' οὐκ οἶδ' ὅπῃ δεῖ πολλὰ κατηγορεῖν τοιούτων ἀνδρῶν, οἳ οὐδ' ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τῷ πεπραγμένων δὶς ἀποθανόντες, δίκην δοῦναι δύναιντ' ἄν.

Οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ τοῦτο αὐτοῖς προσήκει ποιῆσαι ὅπῃ ἐν τῇδε τῇ πόλει εἰθισμένον ἐστίν· πρὸς μὲ τὰ κατηγορούμενα μηδὲν ἀπολογεῖσθαι, πρὲ ὃ σφῶν αὐτῶν ἕτερα λέγοντες, εἰ οἷόν τε, ἐξαπατῆσαι, ὑμῖν ἀποδεικνύντες ὡς τραπῶτα ἀγαθοί εἰσιν, ἢ ὡς πολλὰς τῷ πολεμίων ναῦς ἔλαβον τειηραρχήσαντες; ἢ πόλεις πολεμίας οὔσας, φίλας ἐποίησαν. Ἐπεὶ κελεύετε αὐτοὺς ἀποδεῖξαι ὅπου τοσούτους τῷ πολεμίων ἀπέκτειναν ὅσους τῷ πολιτῶν, ἢ ναῦς ὅπου τοσαύτας ἔλαβον ὅσας αὐτοὶ παρέδωκαν, ἢ πόλιν ἥντινα τοιαύ-

---

[l. 4.] Τότε, vulg. ταῦτα, codd. B & Vindob. ταύτην, cod. Brulart. δὲ ταῦτα, & deindè δύναιτο pro δυνάμεθα.

[l. 5.] Αὐτῶν, deberet legi αὐτῷ referendo ad τῷ φεύγοντι; ſed quum τῷ φεύγοντι ſumatur in genere, eſt veluti nomen collectivum, & idem valet ac τοῖς φεύγουσι.

[l. 7.] Ad δίκην videtur addendum aut ſaltem ſubau-

Equidem, judices, ea sufficere arbitrabar quæ hactenùs sum criminatus. Eò usque enim accusandum esse existimo, quousque constabit reum ea perpetrasse quæ morte sunt vindicanda; quippè tunc ultimum ab ipso supplicium sumere possumus. Non video itaque cur longa accusatio sit instituenda contrà istiusmodi homines, qui, si ob unumquodque facinus quod admiserunt, bis mortem consequerentur, pœnas tamen ne sic quidem justas essent daturi.

Neque verò id eis concedendum est, quod in hâc civitate fieri solet, scilicet ut criminibus quæ objiciuntur nihil omninò respondeant, de se verò aliena commemorantes vos in fraudem, si liceat, inducant, ostendentes se aut strenuos esse bellatores, aut triremibus præfectos multas hostium naves cepisse, aut inimicas civitates nobis fecisse amicas. Verùm jubete ut vos doceant ubi tot hostes quot cives interfecerint, ubi tot naves ceperint quot ipsi prodiderunt, aut quam tantam urbem

---

diendum ἄξιαν vel ἱκανήν.

[l. 12 & 13.] Εἰ οἷόν τε, ἐξαπαλῆσαι, vulg. ἐνίοις ἐξαπαλῶσιν.

[l. 15.] Ἢ πόλεις, addidi ἢ quod abest à vulg.

[l. 16.] Pro αὐτὸν in textu dedi αὐτοὺς ex conjecturâ Stephani ad marginem.

τὴν πρόσκτησαντο οἵαν τὴν ὑμετέραν κατεδουλώσαντο. Ἀλλὰ γὰρ ὅπλα τῶν πολεμίων τοσαῦτα ἐσκύλευσαν ὅσαπερ ὑμῖν ἀφείλοντο; ἀλλὰ τείχη τοιαῦτα εἶλον οἷα τῆς ἑαυτῶν παρίδος κατέσκαψαν; Οἵτινες δὲ τὰ περὶ τὴν Ἀττικὴν φρούρια καθεῖλον, καὶ ὑμῖν ἐδήλωσαν ὅτι οὐδὲ τὸν Πειραιᾶ Λακεδαιμονίων πρεσβεύοντων περιεῖλον, ἀλλ' οἷς τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς οὕτω βεβαιοτέραν ἐνόμιζον εἶναι. Πολλάκις οὖν ἐθαύμασα τῆς τόλμης τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν· πλὴν ὅταν ἐνθυμηθῶ ὅτι τῶν αὐτῶν ἐστιν, αὐτούς τε πάντα τὰ κακὰ ἐργάζεσθαι, καὶ σοὶ τοιούτους ἐπαινεῖν. Οὐ γὰρ νῦν πρῶτον τῷ ὑμετέρῳ πλήθει τὰ ἐναντία ἔτος ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ ὅτε τῶν Τετρακοσίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὀλιγαρχίαν καθιστὰς, ἔφυγον ἐξ Ἑλλησπόντου στήραρχος καταλιπὼν τὴν ναῦν, μετὰ Ἰαρκοπλέους καὶ ἑτέρων ὧν τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι λέγειν. Ἀφικόμενος δὲ εἰς, τἀναντία τοῖς βουλομένοις δημοκρατίαν εἰς ἔπραττεν. Καὶ τούτων μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι.

[l. 1.] Ὑμετέραν, vulg. ἡμετέραν. Cod. Sang. habet quoque ὑμετέραν.

[l. 2.] Τοσαῦτα abeſt à vulg.

[l. 6.] Vulg. ἐδούλωσαν, accepi ἐδήλωσαν ex codd. B & Sang.

[l. 8.] Οἷς ſume, ut ſæpiùs ſumitur: pro δι' ὧν, & idem valet ac ὅτι, quia, quatenùs. Deindè pro αὐτοῖς cum

noſtræ ditioni adjunxerint, quantam noſtram redegerunt in ſervitutem. Quid? iſti ne tot arma ab hoſtibus detraxerunt, quot à vobis abſtulere? taliane hoſtium mœnia expugnârunt qualia ſuæ ipſorum patriæ diruerunt? Qui quidem everterunt Atticæ propugnacula, vobisque ſignificârunt, ſe non Piræum Lacedæmoniorum juſſu ſuſtuliſſe, ſed quòd ità firmiorem ſibi dominatum comparari exiſtimabant. Sæpè igitur mirari ſoleo audaciam eorum qui pro iſtis verba faciunt, donec in mentem ſubeat eorumdem hominum eſſe & omnia facinora perpetrare & hujuſmodi facinoroſos laudare. Ceterùm non nunc iſte primùm popularibus commodis adverſatus eſt; at ſub virorum quadringentorum dominatu, oligarchiâ in caſtris conſtitutâ, ex Helleſponto, relictâ navi cui præerat, aufugit, unà cum Iatrocle, aliisque quorum nomina recenſere hîc non neceſſe habeo. Huc quùm adveniſſet, contraria molitus eſt iis qui democratiam tuebantur: quarum rerum teſtes vobis producam.

ſpiritu leni, legi αὐλῶις cum aſpero, & poſui poſt ἀρχὴν quum in vulg. ponatur poſt ὅις.

[l. 12.] Οὐ γὰρ, hîc γὰρ, ut millies alibi, indicat tranſitionem ad aliud quid.

[l. 13 & 14.] Vulg. non habet ἕτος. Deindè pro ἑωραξεν codd. B & Sang. habent ἑωραξαν.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Τὸν μὲν τοίνυν μετὰ ξὺν βίον αὐτὸς παρήσω· ἐπειδὴ δὲ ἡ ναυμαχία καὶ ἡ συμφορὰ τῇ πόλει ἐγένετο, δημοκρατίας ἔτι οὔσης, ὅθεν τῆς στάσεως ἦρξαν, πέντε ἄνδρες ἔφοροι κατέστησαν ὑπὸ τῶν καλουμένων ἑταίρων, συναγωγεῖς μὲν τῶν πολιτῶν, ἄρχοντες δὲ τῶν συνωμοτῶν, ἐναντία δὲ τῷ ὑμετέρῳ πλήθει πράττοντες· ὧν Ἐρατοσθένης καὶ Κριτίας ἦσαν. Οὗτοι δὲ φυλάρχους τε ἐπὶ τὰς φυλακὰς κατέστησαν, καὶ ὅτι δέοι χειροτονεῖν καὶ οὕστινας χρὴ ἄρχειν παρήγγελλον· καὶ εἴ τι ἄλλο πράττειν βούλοιντο, κύριοι ἦσαν. Οὕτως οὐχ ὑπὸ τῶν πολεμίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τούτων πολιτῶν ὄντων ἐπεβουλεύθη, ὅπως μήτ' ἀγαθὸν μηδὲν ψηφίσεσθε, πολλῶν τε ἐνδεεῖς ἔσεσθε. Τοῦτο γὰρ καὶ ἠπίστουν, ὅτι ἄλλως μὲν οὐχ οἷοί τε ἔσονται φεύγειν, κακῶς δὲ πραττόντων, δυνήσονται. Καὶ ὑμᾶς ἡγοῦντο, τῶν παρόντων κακῶν ἐπιθυμοῦντας ἀπαλλαγῆναι, περὶ τῶν μελλόντων οὐκ ἐνθυμήσεσθαι. Ὡς τοίνυν τῶν ἐφόρων ἐγένετο, μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι, οὐ νῦν τότε

[l. 6 & 7.] Ἑταίρων, Ald. ἑτέρων. Post ἐναντία δὲ, idem non habet δέ.

[l. 17.] Πραττόντων, sub. ὑμῶν.

TESTES.

Excurrit orator in reliquam rei Eratosthenis vitam.

1°. Vitam istius quæ ex eo tempore consecuta est omittam; commisso autem prælio illo navali, quum res quidem civitatis afflictæ essent, at democratia tamen adhuc servaretur, quinque viri, ephororum nomine, (quod dissidiorum initium fuit) ab iis constituti sunt qui vocabantur *socii*; qui quidem civium ductores videbantur esse, sed reipsâ conjuratorum erant principes, & popularis statûs eversores. Horum in numero fuere Eratosthenes & Critias. Jam verò isti phylarchis urbem custodiendam commiserunt, & quid suffragiis decernendum, quinam ad magistratus essent provehendi, in mandatis dedere, ac si quid aliud fieri vellent, id ipsos penes erat. Atque ideò non ab hostibus solùm, sed ab his ipsis civibus insidiæ vobis parabantur, ut & nihil boni statueretis, & plurimarum rerum inopiâ laboraretis. Hoc enim providebant, aliâ ratione fieri non posse ut vos superarent, rebus autem vestris se malè habentibus fieri posse: & vos existimabant præsentibus malis liberari desiderantes, de futuris rebus non fore prospecturos. Quòd autem iste inter ephoros fuerit, testibus id edocebo, non iis qui unà age-

[l. 18.] ὑμᾶς, vulg. ἡμᾶς.

συμπεφάτοντας (οὐ γὰρ ἂν δυνάμην), ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ Ἐρατοσθένους ἀκούσαντας. Καίτοι εἰ ἐσωφρόνουν, κατεμαρτύρουν ἂν αὐτῶν, καὶ τοῦ διδασκάλου τῶν σφετέρων ἁμαρτημάτων σφόδρ' ἂν ἐπόλαζον, καὶ τοὺς ὅρκους, εἰ ἐσωφρόνουν, οὐκ ἂν ὀμὶ μὲ τοῖς τῶν πολιτῶν κακοῖς πιστοὺς ἐνόμιζον, ὅτι ἢ τοῖς τῆς πόλεως ἀγαθοῖς ῥᾳδίως παρέβαινον. Πρὸς μὲ οὖν τούτοις τοσαῦτα λέγω· τοὺς ἢ μάρτυρας μοι κάλει, καὶ ὑμεῖς ἀνάβητε.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Τῶν μὲ μαρτύρων ἀκηκόατε. Τὸ ἢ τελευταῖον εἰς τὴν ἀρχὴν κατασὰς, ἀγαθοῦ μὴ οὐδενὸς μετέχειν, κακῶν ἢ πολλῶν. Καίτοι, εἴπερ ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἐχρῆν ἂν πρῶτον μὲν μὴ παρανόμως ἄρχειν, ἔπειτα τῇ βουλῇ μηνυτὴν γίνεσθαι περὶ τῶν εἰσαγγελιῶν ἁπασῶν, ὅτι ψευδεῖς εἶεν, καὶ ὅτι Βάτραχος καὶ Ἀιχυλίδης οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τὰ ἀληθῶς ὑπὸ τῶν Τριάκοντα πλαθέντα εἰσαγγέλλουσι, συγκείμενα ὅτι τῇ τῶν πολιτῶν βλάβῃ. Καὶ μὲ δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅσοι κακοῖοι ἦσαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει, οὐδὲν ἔλαττον εἶχον σιωπῶντες· ἕτεροι γὰρ ἦσαν οἱ λέγοντες καὶ πεφάτοντες, ὧν οὐχ οἷόν τ' ἦν μείζω κακὰ γε-

[1. 2 & 3.] Ἐσωφρόνουν, nempè, οἱ συμπραττόντες.

bant

bant (neque enim ità possem), sed iis qui ex ipso Eratosthene audierunt. Attamen illi, si saperent, contrà istos homines dicerent testimonium, suorumque delictorum magistros punirent graviter; neque, si cordati forent, ratum sanctumque haberent jusjurandum in civium perniciem, dùm in communi civitatis bono temerè violarent. De illis igitur hæc dicta sunto. Voca mihi testes; & vos huc ascendite.

TESTES.

2°. Testes audivistis. Ad postremum iste summo imperio potitus, nihil quidquam boni admisit, sed mala multa. Attamen si vir bonus fuisset, primùm oportuit injustum imperium sibi non conciliare, deindè senatui indicare delationes omnes esse falsas, Batrachumque & Æschylidem, non vera deferre, sed quæ verè à triginta viris excogitata fuerant in civium perniciem. Et profectò, judices, quicumque in statum popularem iniquo erant animo, nihil sibi nocebant dùm silerent; siquidem alii erant qui ista egerunt & dixerunt, quibus graviora mala civitati accidere non pote-

---

[l. 3.] Αὐτῶν, scil. triginta tyrannorum.

[l. 13.] Vulg. ἄλλων ἢ πολλῶν, pro ἄλλων assumpsi κακῶν ex cod. Brulart.

[l. 16, 17 & 18.] Vulg. dat εἶεν· ἓ Βάτραχος.... ἀλλὰ τἀληθῆ ὑπό.

νέᾳ τῇ πόλει. Ὁπόσοι δ' εὖνοι φασὶν εἶναι, πῶς οὐκ ἐνταῦθα ἔδειξαν, αὐτοί τε τὰ βέλτιστα λέγοντες, καὶ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἀποτρέπουντες; Ἴσως δ' ἂν ἔχοι εἰπεῖν ὅτι ἐδεδοίκει (καὶ ὑμῖν τοῦτο ἐνίοις ἱκανὸν ἔσται) ὅπως τὶ μὴ φανήσεται ἐν τῷ λόγῳ τοῖς Τειάκοντα ἐναντιούμενος· εἰ γὰρ μὴ, ἐνταυθοὶ δῆλος ἔσται ὅτι ἐκεῖνά τε αὐτῷ ἤρεσκεν, ἢ καὶ τοσοῦτον ἐδύνατο, ὥστε ἐναντιούμενος μηδὲν κακὸν παθεῖν ὑπ' αὐτῶν. Χρῆν δ' αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ταύτῃ τῇ προθυμίαν ἔχειν, ἀλλὰ μὴ ὑπὲρ Θηραμένους, ὃς εἰς ὑμᾶς πολλὰ ἐξήμαρτεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν μὲν πόλιν ἐχθρὰν ἐνόμιζεν εἶναι, τοὺς δ' ὑμετέρους ἐχθροὺς, φίλους· ὡς ἀμφότερα ταῦτα ἐγὼ πολλοῖς τεκμηρίοις ἐπιδείξω, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλ' ὑπὲρ ἑαυτῶν ποιούμενας, ὁπότεροί μοι ταῦτα πράξουσι καὶ τῆς πόλεως ἄρξουσι.

Καὶ γὰρ εἰ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἐστασίαζον, πῶς κάλλιον ἂν ἦν ἀνδρὶ ἄρχοντι, ἢ Θρασυβούλου

[1. 7.] Εἰ γὰρ μὴ, sub. εἰπεῖν.

[Ibid.] Vulg. ἐνταῦθα, præstuli ἐνταυθοὶ quod dant codd. Sang. & Vindob.

[7 & 8.] Vulg. habet, ἐκεῖνά τε αὐτὰ ᾧ ἤρεσκε καὶ τοσοῦτον. Pro αὐτὰ ᾧ cod. Brulart. habet quoque αὐτῷ. Deindè τοσοῦτον codd. B & Vindob. τοσαῦτα.

rant. Quicumque autem prædicant se fuisse benevolos, cur id tunc non significârunt optima suadendo & delinquentes dehortando? Sed forsitan dicet (quod nonnullis vestrûm sufficere arbitror) se timuisse ne in verbis videretur trigintaviris adversari: hoc si non dixerit, hinc declarabit vel tyrannica sibi placuisse, vel tantùm potuisse ut etiam adversans nihil ab illis mali pateretur. Ipsum autem oportuit pro vestrâ salute, non pro Theramene qui tàm graviter in vos peccavit, eam animi alacritatem expromere. Verùm ipse civitatem nostram judicavit inimicam, inimicos autem vestros pro amicis habuit: quod utrumque vobis multis argumentis confirmabo, & contentiones quæ inter illos ortæ sint, non vestrâ sed suâ ipsorum causâ contigisse, utri scilicet in privatos tyrannica agerent, & civitatem suo dominatu opprimerent.

Et verò si eorum causâ inter se dissensissent qui læsi erant, quæ honestior occasio homini principi

---

[l. 17.] Ὁπότερόί μοι ταῦτα .... utri mihi (mihi, i. e. privatis omnibus; se solum nominat privatum ut vim addat orationi) facient hæc, nempè, ea de quibus nunc queror. Pro μοι cod. Brulart. legit με.

[l. 19 & 20.] Vulg. legit, καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἐστασίαζον. Πῶς κάλλιον.

Φυλὴν καταληφότων, τότε ὑπιδείξαντες τὴν αὐτῶν εὐνοίαν; Ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπαγγείλαθαί τι καὶ πρᾶξαι ἀγαθὸν πρὸς τοὺς ὑπὸ Φυλῇ, ἐλθὼν μετὰ τῶν συναρχόντων εἰς Σαλαμῖνα καὶ Ἐλευσίνادε, τριακοσίους τῶν πολιτῶν ἀπήγαγον εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ μιᾷ ψήφῳ αὐτῶν ἁπάντων θάνατον κατεψηφίσατο. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸν Πειραιᾶ ἤλθομεν, καὶ αἱ ταραχαὶ γεγενημέναι ἦσαν, καὶ περὶ τῶν διαλλαγῶν οἱ λόγοι ἐγίνοντο, πολλὰς ἑκάτεροι ἐλπίδας εἴχομεν πρὸς ἀλλήλους ἔσεσθαι ὡς ἀμφότεροι ἔδοξαν. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ Πειραιέως, κρείττους ὄντες, εἴασαν ἀστοὺς ἀπελθεῖν, οἱ δὲ εἰς τὸ ἄστυ ἐλθόντες, τοὺς μὲν Τριάκοντα ἐξέβαλον, πλὴν Φείδωνος καὶ Ἐρατοσθένους, ἄρχοντας δὲ τοῦτο ἐκείνοις ἐχθίστους εἵλοντο· ἡγούμενοι δικαίως ἂν ὑπὸ τῶν αὐτῶν τούς τε Τριάκοντα μισεῖσθαι καὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ φιλεῖσθαι. Τούτων τοίνυν Φείδων ὁ τῶν Τριάκοντα γενόμενος, καὶ Ἱπποκλῆς, καὶ Ἐπιχάρης ὁ Λαμπρεύς, καὶ ἕτεροι οἱ δοκοῦντες εἶναι ἐναντιώτατοι Χαρικλεῖ καὶ Χαρίᾳ καὶ τῇ ἐκείνων ἑταιρείᾳ, ἐπειδὴ αὖθις εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστησαν, πολὺ μείζω τάσιν καὶ πόλεμον ὑπὸ τοῖς ἐν Πει-

[l. 2.] Εὐνοίαν, vulg. συνοσίαν.
[l. 3.] Ἐπὶ Φυλῇ, cod. Vindob. ὑπὸ τῇ φυλῇ.
[l. 9.] Ἐγίνοντο, cod. Vindob. ἐγένοντο.
[l. 10.] Ἔσεσθαι, ſubaudi τὰ πράγματα.

contingere potuit ad ſtudium ſuum in rempublicam declarandum quàm quum Thraſybulus Phylen occupaſſet? Iſte autem adeò nihil boni vel præſtitit vel præſtare ſuſcepit ergà Phylenſes, ut cum iis quos habuit imperii ſocios Salamina & Eleuſinem profectus, trecentos cives in carcerem abduxerit, unâque ſententiâ omnes capitali ſupplicio addixerit. Quum verò Piræum ceperunt exules, & diſſenſiones in urbe factæ ſunt, ac jam de reconciliatione agi cœptum eſt, maxima utrinque ſpes illuxit fore ut ex ambarum partium ſententiâ res ſuccederent. Piræenſes enim victoriâ potiti, captos à ſe urbanos abire permiſerunt: qui urbem ingreſſi ſtatìm trigintaviros ejecere, præter Phedonem & Eratoſthenem, ducesque elegere illis infenſiſſimos, à quibus ducibus arbitrabantur jure ac meritò & trigintaviros odio haberi & Philenſes diligi. Horum igitur Phedo qui ex trigintaviris fuit, & Hippocles & Epichares Lamprenſis, ceterique qui videbantur infenſiſſimi fuiſſe Charicli & Critiæ eorumque ſodalitio, ubi rursùs imperium fuerunt adepti, longè graviorem ſeditionem & bellum excitârunt contrà Piræenſes quàm con-

[l. 12.] Vulg. αὐτοὺς, dedi juxtà nonnullos ἀςοὺς, ſcil. oppidanos à Piræenſibus acie devictos.

[l. 21.] Αὐθὶς, vulg. αὐτός.

[l. 22.] Τοῖς, vulg. τός.

ραιεῖ ἢ τοῖς ἐξ ἄστεως ἐποίησαν. Οἱ δὲ φανερῶς ἐπεδείξαντο ὅτι οὐχ ὑπὲρ τῆς ἐν Πειραιεῖ οὐδὲ ὑπὲρ τῶν ἀδίκως ἀπολλυμένων ἐστασίαζον, οὐδὲ οἱ τεθνειότες αὐτοὺς ἐλύπουν, οὐδὲ οἱ
5 μέλλοντες ἀποθανεῖσθαι, ἀλλ' οἱ μεῖζον δυνάμενοι, καὶ θᾶσσον πλουτοῦντες. Λαβόντες γὰρ τὰς ἀρχὰς καὶ τὴν πόλιν, ἀμφοτέροις ἐπολέμουν, τοῖς τε Τειάκοντα πάντα κακὰ εἰργασμένοις, καὶ ὑμῖν πάντα κακὰ πεποιηκόσι. Καίτοι τοῦτο πᾶσι δῆλον
10 ἦν, ὅτι εἰ μὲν ἐκεῖνοι δικαίως ἔφευγον, ὑμεῖς ἀδίκως· εἰ δὲ ὑμεῖς ἀδίκως, οἱ Τειάκοντα δικαίως. Οὐ γὰρ δὴ ἑτέρων ἔργων αἰτίαν λαβόντες ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεσον, ἀλλὰ τούτων. Ὥστε σφόδρα χρὴ ὀργίζεσθαι ὅτι Φείδων αἱρεθεὶς ὑμᾶς
15 ἀμαλλάξαι καὶ καταγαγεῖν, τῶν αὐτῶν ἔργων Ἐρατοσθένει μετεῖχε, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ οὐ μὴν κρείττους ἀσῶν δὲ ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν ἕτοιμος ἦν, ὑμῖν δὲ ἀδίκως φεύγουσιν οὐκ ἠθέλησεν ἀποδοῦναι τὴν πόλιν· ἀλλ' ἐλθὼν εἰς Λακεδαί-
20 μονα, ἔπαθεν αὐτὸς στασιάσαι, ἀμφιβάλλων ὅτι Βοιωτῶν ἡ πόλις ἔσται, καὶ ἄλλα λέγων οἷς

[l. 1.] Legitur in textu vulgatæ οἱ ὄ, admisi ex margine οἱ καί. Cod. B habet ἢ καί.

[l. 12.] Vulg. ἐ γὰ δι' ἑτέρων, accepi ex margine ἐ γὰ δὴ ἑτέρων.

[Ibid.] Αἰτίαν λαβόντες, accipientes criminationem,

trà eos qui in urbe remanserant. Qui etiam liquidò significârunt se non pro Piræensibus inter se discordare, neque pro iis qui injustè fuerant interempti, sed invidâ eorum qui erant potentiores & celeriùs diteſcebant. Occupatis enim & imperio & civitate, cum utrisque bellum gesserunt & cum trigintaviris qui omnia atrocia perpetrârant & vobiscum qui omnia infanda perpessi fueratis. Attamen id omnibus manifestum erit quòd si illi jure exulabant, vos certè injuriâ, & si vos injuriâ, illi jure erant exules: neque enim ob alias causas, nisi ob scelera ergà vos, civitate ejecti sunt. Graviter itaque Phedoni succensendum est, quòd, quum ad hoc electus esset ut vos mutuò conciliaret, atque in urbem reduceret, eadem egerit quæ Eratosthenes; quòd eâdem animi sententiâ eos qui inter urbanos potentiâ magis valebant propter vos opprimere studuerit, vobisque injuriâ exulantibus patriam restituere noluerit; sed Lacedæmona profectus suaserit Lacedæmoniis ut ipsi adversùs Athenas militarent, calumniatus hanc civitatem Bœotorum esse futuram, aliaque commemorans

---

i. e. criminatione petiti.

[l. 17 & 18.] Ἀςῶν, vulg. αὐτῶν.

[l. 18.] Ὑμῖν, vulg. ἡμῖν. Cod. Sang. ὑμῖν quoque.

[l. 20.] Αὐτὸς, nempè, Lacedæmonios.

ᾤετο πείθειν μάλιστα. Οὐ δυνάμενος δ' τυχεῖν, εἴτε τῶν ἱερῶν ἐμποδὼν ὄντων, εἴτε καὶ αὐτῶν βουλομένων, ἑκατὸν τάλαντα ἐδανείσατο, ἵνα ἔχῃ ὅπως μισθοῦς μισθῶν, καὶ Λύσανδρον ἄρ-
5 χοντα ἠτήσατο, δυνατὸν μὲν ὄντα τῇ ὀλιγαρχίᾳ, κακοῦν δύνατον δὲ τῇ πόλει, μισθοῦντα δὲ μάλιστα τοὺς ἐν Πειραιεῖ. Μισθωσάμενοι δὲ πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ ἀλθρῷ τῆς πόλεως, καὶ πόλεις ἐπάγοντες, καὶ τελευτῶντες Λακεδαιμονίους, καὶ τῶν συμμάχων ὁπόσους ἐδύναντο πεῖσαι, οὐ φιλλάξαι, ἀλλ'
10 ἀπολέσαι παρεσκευάζοντο τὴν πόλιν· εἰ μὴ δ' ἄνδρας ἀγαθοὺς, οἷς ὑμεῖς δηλώσατε, ὥστε τῶν ἐχθρῶν δίκην λαβόντες, ὅπι καὶ ἐκείνοις χάριν ἀποδώσετε. Ταῦτα δὲ ὁπίσαθε μὴ καὶ αὐτοὶ, καὶ οἶδ' ὅπι οὐ δεῖ μάρτυρας ὥδαχέσθαι· ὅμως δέ.
15 Ἐγώ τε γὰρ δέομαι ἀναστάντας, ὑμῶν τ' ἐνίοις ἥδιον ὡς πλεῖστον τοῦ αὐτοὺς λόγους ἀκούειν.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Φέρε δὴ καὶ περὶ Θηραμένους ὡς δύνωμαι δίκα

[l. 2.] Antè τῶν ἱερῶν vulg. habet καὶ quod delevi.
[l. 4.] Ἔχῃ, cod. Sang. ἔχοι, Vindob. ἔχει.
[l. 6.] Μισθοῦντα δὲ, pro δὲ Ald. legit μέν.
[l. 10.] Εἰ μὴ, sub. ἐκωλύθησαν.
[l. 11.] Οἷς, vulg. οὓς.
[l. 14 & 15.] Vulg. ὅμως δ' ἐγώ τε, pro quo dedi ex margine ὅμως δέ. (subaudiendo παρέξομαι, verumtamen producam) Ἐγώ τε γὰρ, quod & habet cod. Sang.

per quæ maximè ſe perſuaſurum exiſtimabat. Hâc autem ſpe dejectus, ſive quòd res divinæ eſſent impedimento, ſive quòd Lacedæmonii nollent ipſi morem gerere, centum talenta mutuatus eſt ad auxilia conducenda, & Lyſandrum ducem impetravit, qui ut in oligarchiam maximè benevolus, ità in democratiam imprimis erat malevolus, præſertímque Piræenſibus infenſiſſimus. In civitatis igitur perniciem omnibus undique pretio concitatis, multis inductis civitatibus, & ad poſtremum Lacedæmoniis ipſis ſociisque quibuſcumque perſuadere potuerunt, civitatem non reconciliare, ſed delere penitus cogitabant: quod & perfeciſſent, nî interceſſiſſent viri fortes; quibus nunc oſtendite ſumentes ab inimicis pœnas, ipſis quoque vos gratiam relaturos. Et hæc quidem vobis cognita ſunt, neque mihi teſtibus opus eſſe video: teſtes tamen producam; nam & mihi requieſcendum eſt pauliſper, veſtrûmque nonnullis gratum erit de iiſdem ſæpiùs audire.

TESTES.

In Theramenem digreſſio longior.

Age autem jam de Theramene quàm pauciſſi-

[l. 16.] Πλεῖστον, ſub. ἐστί. Equidem velim legi ὅτι πλεῖστον recidendo ὡς quod præcedit.

[l. 18.] Vulg. ὃ, prætuli ὃν quod habent codd. Sang. & Vindob.

βραχυτάτων διδάξω. Δέομαι δ' ὑμᾶς ἀκοῦσαι ὥσπερ τ' ἐμαυτοῦ καὶ τῆς πόλεως. Καὶ μηδενὶ τοῦτο φθάσῃ ὡς Ἐρατοσθένης κινδυνεύοι τοῦ, Θηραμένης κατηγορῶν. Πυνθάνομαι γὰρ ταῦτα ἀπολο-
5 γήσεσθαι αὐτὸν, ὅτι ἐκείνῳ φίλος ἦν, καὶ τῶν αὐτῶν ἔργων μετεῖχε. Καίτοι σφόδρ' ἂν αὐτὸν οἶμαι μετὰ Θεμιστοκλέους πολιτευόμενον, πρεσβευτεῖν ὅπως οἰκοδομηθήσεται τὰ τείχη· ὁπότε δὲ μὴ Θηραμένης, ὅπως καθαιρεθήσεται.
10 Οὐ γάρ μοι δοκοῦσιν ἴσον ἄξιοι γεγενῆσθαι. Ὁ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων ἀπόντων ὠκοδόμησεν αὐτὰ, ὅθεν τοὺς πολίτας ἐξαπατήσας καθεῖλε. Πεπράκει ἐν τῇ πόλει τἀναντίον ἢ ὡς εἰκὸς ἦν. Ἄξιον μὲν γὰρ καὶ τοὺς φίλους τοῦ Θηραμένους πρεσβευτολω-
15 λέναι, πλὴν εἴ τις ἐτύγχανεν ἐκείνῳ τἀναντία πράττων. Νῦν δ' ὁρῶ τάς τε ἀπολογίας εἰς ἐκεῖνον ἀναφερομένας, τούς τ' ἐκείνῳ συνόντας τιμᾶσθαι πραττομένους, ὥστε πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους, ἀλλ' οὐ μεγάλων κακῶν γεγενημένους.
20 Ὃς πρῶτον μὲν τῆς πρότερας ὀλιγαρχίας αἰτιωτατος ἐγένετο, πείσας ὑμᾶς τὸν τῶν Τετρακο-

---

[l. 4 & 5.] ἀπολογήσεσθαι, vulg. ἀπολογήσασθαι, cod. Sang. ἀπολογίσασθαι.

[l. 5.] Ἐκείνῳ, vulg. ἐκείνοις.

[l. 6.] Αὐτὸν, nempè, Eratosthenem.

[l. 10.] Vulg. ἴσον ἄξιοι, correxi ἴσου ἄξιοι, ex

mis potero edocebo. Vos autem obteſtor ut prò meipſo & pro universâ civitate me dicentem audiatis. Neque cujuſquam menti id occurrat me in Eratoſthenis periculo ad Theramenem accuſandum accedere: eam enim defenſionem audio iſti eſſe comparatam, ſe nempè amicitiâ cum illo fuiſſe conjunctum, atque eorumdem operum participem. Atqui opinor fore ut iſte, ſi unà cum Themiſtocle in republicâ verſatus fuiſſet, huic rei ſtuduiſſet vehementer ut mœnia ædificarentur, ſtudebat verò cum Theramene ut diruerentur. Duo tamen illi viri mihi neutiquam videntur eſſe conferendi; ſiquidem alter invitis Lacedæmoniis mœnia extruxit, alter deceptis civibus ſubvertit. Accidit igitur civitati contrà quàm oportebat. Erat enim æquum amicos Theramenis unà interimi, iis exceptis qui diverſa in republicâ ſtudia ſectabantur; jam autem video defenſiones omnes ad illum referri, ejusque familiares exiſtimare ſibi deberi laudem & gratiam, quaſi ipſi unà cum illo maximorum bonorum, at non malorum autores extiterint.

Qui primùm prioris oligarchiæ præcipua cauſa fuit, dùm vobis ſuaſit ut quadringentorum viro-

---

margine & ex codd. B & Sang. ἄξιοι, ſcilicet Theramenes & Themiſtocles. Velim addi ἐκεῖνοι poſt δοκεῖσιν.

σίων πολιτείαν ἐλέσθαι. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ τοῦ προβάλλων ὧν ταῦτ' ἔπραττεν, αὐτὸς ἦν, δοκῶν δυνάστατος εἶναι τοῖς πράγμασι, στρατηγὸς ὑπ' αὐτοῦ ἠρέθη. Καὶ ἕως μὲν ἐπιμᾶτο, πιστὸν ἑαυτὸν τῇ πόλει παρεῖχεν· ἐπειδὴ δὲ Πείσανδρον μὲν καὶ Καλλαισχρον καὶ ἑτέρους ἑώρα προστέρους αὐτοῦ γινομένους, τὸ δὲ ὑμέτερον πλῆθος οὐκέτι βουλόμενον τούτων ἀκροᾶσθαι, τότ' ἤδη, δεῖσά τε τὸν θεὸς ἐκείνους φθόνον καὶ τὸ παρ' ὑμῶν δέος, μετέσχε τοῦ Ἀριστοκράτους ἔργων. Βουλόμενος δὲ τῷ ὑμετέρῳ πλήθει δοκεῖν πιστὸς εἶναι, Ἀντιφῶντα καὶ Ἀρχεπόλεμον φιλτάτους ὄντας αὐτῷ κατηγορῶν ἀπέκτεινεν. Εἰς τοσοῦτον δὲ κακίας ἦλθεν, ὥστε ἅμα μὲν, δεῖσα τὸν θεὸς ἐκείνους πίστιν ὑμᾶς κατεδουλώσατο, δεῖσα δὲ τὸν θεὸς ὑμᾶς, τοὺς φίλους ἀπώλεσεν. Τιμώμενος δὲ καὶ τῶν μεγίστων ἀξιούμενος, αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος σώσειν τὸν πόλιν, αὐτὸς ἀπώλεσε, φάσκων θεᾶμα δύρκκέναι μέγα καὶ πολλοῦ ἄξιον. Ὑπέσχετο δὲ εἰρήνην ποιήσειν, μήτε ὅμηρα δοὺς, μήτε τὰ τείχη καθελὼν, μήτε τὰς ναῦς παραδούς. Ταῦτα δὲ εἰπεῖν μὲν οὐδενὶ ἠθέλησεν, ἐκέλευσε δὲ αὐτῷ πιστεύειν. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεασάμενοι μὲν

[l. 6.] Προλέγους, vulg. προδόγους.
[l. 6 & 7.] Γινομένους, cod. Vindob. γενομένους.
[l. 8.] Τούτων intelligo de Theramene & ipsius patre;

rum administrationem admitteretis. Cujus quidem pater, quum esset unus ex principibus senatûs, id impensè agebat, effecitque ut ipsius filius qui in publicas res strenuam operam videbatur impendere, dux exercitûs eligeretur. Et sanè Theramenes, quamdiù gratiâ & honore floruit, se fidelem præstitit reipublicæ: ubi verò animadvertit Pisandrum, Calleschrum, aliosque, se autoritate anteire, populumque sibi jam non morem gerere; tunc demùm illorum invidiâ vestroque metu adductus, Aristocrati se socium adjunxit. Ac quum vellet studium suum in populum expromere, Antiphonta & Archeptolemum sibi amicissimos, in judicium vocatos, interfecit, eóque venit improbitatis ut eâdem operâ, propter fidem ergà illos, vos in servitutem redegerit, & propter eamdem ergà vos, amicos perdiderit. Maximo igitur honore maximâque autoritate pollens, quum civitatem servandam in se recepisset, ipse evertit; affirmans nimirùm se commentum insigne maximique pretii reperisse. Promittit quippè se pacem facturum, neque datis obsidibus, neque muris dirutis, neque navibus traditis. Hoc verò nemini enunciare voluit, sed fidem sibi jussit adhiberi. Vos autem, Athenienses, quum senatus

---

malim tamen αὐτῷ.

τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς σωτηρίαν, ἀντιλεγόντων ἢ πολλῶν θηραμένει, εἰδότες ἢ ὅτι οἱ μὲ ἄλλοι ἄνθρωποι τῶν πολεμίων οὕνεκεν τὰ ῥήματα ποιοῦνται, ἐκεῖνος δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς πολίταις οὐκ
5 ἠθέλησεν εἰπεῖν ταῦτ' ἃ πρὸς τοὺς πολεμίους ἔμελλεν ἐρεῖν, ὅμως ἐπετρέψατε αὐτῷ πατρίδα, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ ὑμᾶς αὐτούς. Ὁ ἢ ὧν μὴ ὑπέχετο, οὐδὲν ἔπραξεν, οὕτω ἢ ἐνετεθύμητο ὡς χρὴ μικρὰν καὶ ἀθενῆ ἡγεῖσθαι τὴν πόλιν,
10 ὥστε πρὶν ὧν οὐδεὶς πώποτε οὔτε τῶν πολεμίων ἐμνήσθη, οὔτε τῶν πολιτῶν ἤλπισε, ταῦθ' ὑμᾶς ἔπεισε πρᾶξαι, οὐχ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀναγκαζόμενος, ἀλλ' αὐτὸς ἐκείνοις ἐπαγγελλόμενος τοῦ τε Πειραιέως τὰ τείχη περιελεῖν, καὶ
15 τὴν ὑπάρχουσαν πολιτείαν καταλῦσαι· εὖ εἰδὼς ὅτι εἰ μὴ πασῶν τῶν ἐλπίδων ἀποστερηθήσεσθε, ταχείαν παρ' αὐτοῦ τὴν ἡμωρίαν κομεῖσθε. Καὶ τὸ τελευταῖον, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὃ πρότερον εἴασε τὴν ἐκκλησίαν ἡγεῖσθαι, ἕως ὁ λεγόμενος ὑπ'
20 ἐκείνου καιρὸς ἐπιμελῶς ὑπ' αὐτοῦ ἐτηρήθη, καὶ μετεπέμψατο μὲ τὰς μετ' Λυσάνδρου ναῦς ἐκ Σάμου, ἐπεδήμησε ἢ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. Τότε

[l. 3.] Οὕνεκεν, cod. Vindob. ἕνεκεν.

[l. 6.] Vulg. ἐπέμψαιε, admisi ex margine ἐπετρέψαιε.

Areopagiticus de ſalute veſtrâ eſſet ſollicitus, plurimique Therameni adverſarentur, ac vos probè noſceretis ceteros quidem homines id agere ne ſecreta hoſtibus palàm fiant, at iſtum noluiſſe cum ſuis civibus communicare quæ hoſtibus erat renunciaturus; nihilo tamen ſeciùs iſti commiſiſtis & patriam, & liberos, & uxores, & voſmetipſos. Verùm iſte nihil omninò eorum quæ pollicitus erat præſtitit, ſed ità intendit animo ut reipublicæ vires imminuerentur, ut quæ nulli unquam hoſtium in mentem venerant neque civium quiſquam expectabat, ea vobis agenda perſuaſerit, non à Lacedæmoniis coactus, ſed ipſe illis ſponte pollicitus ſe Piræi muros demoliturum, & præſentem adminiſtrationis rationem diſſoluturum; hoc ſcilicet pro comperto habens, quòd, niſi omnis ſalutis ſpes vobis eſſet erepta, celeres ab eo pœnas repetereretis. Ad poſtremum, judices, concionem priùs haberi non permiſit, quàm tempus ab ipſo indictum ab ipſo accuratè eſſet obſervatum; quàm claſſem quæ cum Lyſandro fuit è Samo adduxiſſet, hoſtiumque exercitus jam in finibus noſtris adeſſet. Tunc rebus ità conſtitutis,

---

[l. 13.] Vulg. αὐτοῖς, correxi αὐτὸς quod & habet cod. Brulart.

[l. 19 & 20.] Pro ὑπ' ἐκείνου malim ὑπ' αὐτοῦ, neque recurſus harum duarum vocum mihi diſpliceret.

ἢ τούτων ὑπαρχόντων, καὶ παρόντων Λυσάνδρου καὶ Φιλοχάρους καὶ Μιλτιάδου, περὶ τῆς πολιτείας τὴν ἐκκλησίαν ἐποίουν· ἵνα μήτε ῥήτωρ αὐτοῖς μηδεὶς ἐναντιοῖτο, μήτε ἀπολοῖτο, ὑμεῖς τε μὴ τὰ τῇ πόλει συμφέροντα ἕλοισθε, ἀλλὰ τἀκείνοις δοκοῦντα ψηφίσοισθε. Ἀνασὰς ἢ Θηραμένης ἐκέλευσεν ὑμᾶς τριάκοντα ἀνδράσιν ἐπιτρέψαι τὴν πόλιν, καὶ τῇ πολιτείᾳ χρῆσθαι ἣν Δρακοντίδης ἀπέφαινεν. Ὑμεῖς δ' ὅμως καὶ οὕτω διαπείμενοι, ἐθορυβεῖτε ὡς ἃ ποιήσοντες ταῦτα. Ἐγνώσετε γὰρ ὅτι περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκκλησιάζετε. Θηραμένης δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, (καὶ τούτων ὑμᾶς αὐτὰς μάρτυρας παρέξομαι) εἶπεν ὅτι ἁδὲν αὐτῷ μέλοι εἰ ὑμελέγου θορύβοι, ἐπειδὴ πολλοὺς μὲ Ἀθηναίων εἰδείη τοὺς τὰ ὅμοια περάτοντας αὐτῷ, δοκοῦντα ἢ Λυσάνδρῳ καὶ Λακεδαιμονίοις λέγοι. Μετ' ἐκεῖνον δὲ Λύσανδρος ἀνασὰς ἄλλά τε πολλὰ τολμηρῶς εἶπε, καὶ ὅτι πολιτείας ὑμᾶς ἔχοι, καὶ ὅτι οὐ περὶ πολιτείας ὑμῖν ἔσται, ἀλλὰ περὶ σωτηρίας ὁ λόγος, εἰ μὴ ποιήσαιτε ἃ Θηραμένης κελεύοι. Τῶν ἢ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅσοι ἄνδρες ἀγαθοὶ ἦσαν, γνόντες τὴν πολιτείαν καὶ τὴν ἀνάγκην, οἱ μὲν

[l. 6.] Vulg. ψηφίσαισθε, prætuli ψηφίσοισθε ex codd. Sang. & Vindob.

&

& præſentibus Lyſandro, Philochare & Miltiade, iſti de ordinandâ republica concionem habuerunt, ut neque orator quiſpiam ipſis aut adverſaretur aut minaretur, ac vos non quæ civitati profutura eſſent eligeretis, ſed quæ illis viderentur ſtatueretis. Ibi ſurgens Theramenes hortatur ut viris triginta committeretis rempublicam, eâque adminiſtrationis formâ uteremini quam Dracontides præſcriberet. Vos autem, quamvis in eo loco res veſtræ eſſent, tumultuabamini tamen, velut qui ea non ſitis facturi; intelligebatis enim illo die agi de ſervitute & libertate. At Theramenes (hujus rei vos ipſos teſtes faciam) negavit veſtrum tumultum ſibi curæ eſſe, quum multos Athenienſes ſciret eadem ſecum moliri, atque ea ipſe diceret quæ Lyſandro & Lacedæmoniis placerent. Poſt hunc verò conſurgens Lyſander, cùm alia multa ſuperbè, tùm illud imprimis dixit, quòd vos haberet fœdifragos, & quòd jam non de reipublicæ formâ, ſed de ſalute ageretur, niſi ea faceretis quæ juberet Theramenes. Tunc quicumque boni cives concioni intererant, quum prava conſilia vimque adhibitam perſpicerent, partìm ibi manen-

---

[l. 7.] Ὑμᾶς, vulg. ἡμᾶς.

[l. 17.] Λέγοι, Ald. λέγει.

[l. 21.] Ποιήσαιϑ', cod. Vind. ποιήσαϑ', Reiskius dedit è ſuo ποιήσαιϑ'.

αὐτοῦ μένοντες ἡσυχίαν ἦγον· οἱ δ' ᾤχοντο ἀπιόντες, τοῦτο γοῦν σφίσιν αὐτοῖς συνειδότες, ὅτι οὐδὲν κακὸν τῇ πόλει ἐψηφίσαντο. Ὀλίγοι δέ τινες, καὶ πονηροὶ καὶ κακῶς βουλευόμενοι, τὰ προσταχθέντα ἐχειροτόνησαν. Παρηγέλλετο γὰρ αὐτοῖς δέκα μῆνας, ὃς Θηραμένης ἀπέδειξε, χειροτονῆσαι, δέκα δ', ὃς οἱ καθεστηκότες ἔφοροι κελεύοιεν, δέκα δ' ἐκ τοῦ παρόντος. Οὕτω γὰρ τὴν ὑμετέραν ἀφένειαν ἐώρων, καὶ τὴν αὐτῶν δύναμιν ἠπίσαντο, ὥστε πρότερον ἡδέως τὰ μέλλοντα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προαχθήσεσθαι. Ταῦτα δ' οὐκ ἐμοὶ δεῖ πιστεῦσαι, ἀλλὰ ἐκείνῳ. Πάντα γὰρ τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένα, ἐν τῇ βουλῇ ἀπολογούμενος ἔλεγεν· ὀνειδίζων μὲν τοῖς φεύγουσιν, ὅτι δι' αὐτὸν κατέλθοιεν, οὐδὲν φροντίζων δ' τοῦ Λακεδαιμονίων, ὀνειδίζων δὲ τοῖς τῆς πολιτείας μετέχουσιν, ὅτι πάντων τοῦ πεπραγμένων τοῖς εἰρημένοις τρόποις ὑπ' ἐμοῦ αὐτὸς αἴτιος γεγενημένος, τοιούτων τυγχάνοι, πολλὰς πίστεις αὐτοῦ ἔργῳ δεδωκὼς, καὶ παρ' ἐκείνων ὅρκους εἰληφώς.

Καὶ τοσούτων καὶ ἑτέρων κακῶν καὶ αἰσχρῶν καὶ πάλαι καὶ νεωστὶ καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων αἴτιοι γεγενημένοι, τολμήσουσιν αὐτοὺς φίλους ὄντας

[l. 8.] ὑμέτερον, vulg. ἡμέτερον. Cod. Sang. ὑμετέραν quoque.

tes conticuere, partìm discessere, hujus saltem sibimetipsis conscii quod nullum tulerant suffragium contrà rempublicam. Pauci verò homines scelerati & patriæ jam malè consulentes, quæ imperata erant decernunt. Jussi sunt enim decem quos Theramenes proponeret eligere, decem quos constituti Ephori mandarent, & decem ex iis qui aderant. Vestram quippè imbecillitatem suamque potentiam ità habuere perspectam nostri inimici ut quæ in concione erant agenda priùs cognoscerent. Atque hujus rei fidem non à me, sed à Theramene ipso quærite. Omnia enim quæ mox à me dicta sunt, ea ipse dixit in senatu ad se purgandum, exulibus exprobrans quòd ipsius operâ reversi fuissent, Lacedæmoniorum nullâ habitâ ratione; publicæ administrationis comparticibus exprobrans, quòd, quum ipse omnium eorum quæ eo quo dixi modo facta sunt, autor extiterit, talem nunc mercedem consequeretur, quum fidem suam ergà ipsos reipsâ sæpiùs demonstrasset, ab ipsisque juramenta accepisset.

Isti igitur hæc ceteraque turpia & indigna, & olìm & nuper, cùm parva tùm magna, unà cum Theramene, quum perpetraverint, audebunt se

[l. 11.] Vulg. δοκεῖ, admisi δεῖ monente Reiskio.

[l. 18 & 19.] Pro τυγχάνει in vulg. prætuli cum eodem τυγχάνοι ex cod. Sang.

ἀποφαίνειν, οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθανόντος Θηραμένους, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πονηρίας· καὶ δικαίως μὲν ἐν ὀλιγαρχίᾳ δίκην δόντος (ἤδη γὰρ αὐτὴν κατέλυσε), δικαίως δ' ἂν ἐν δημοκρα-
5 τίᾳ· δὶς γὰρ ὑμᾶς κατεδουλώσατο, τοῦ μὲν παρόντων καταφρονῶν, τοῦ δὲ ἀπόντων ἐπιθυμῶν, καὶ τῷ καλλίστῳ ὀνόματι χρώμενος, δεινοτάτων ἔργων διδάσκαλος κατεστάς.

Περὶ μὲν τοίνυν Θηραμένους ἱκανά μοι ἐστὶ τὰ
10 κατηγορημένα. Ἥκει δ' ὑμῖν ἐκεῖνος ὁ κατηγορῶν, ἐν ᾧ δεῖ συγγνώμην καὶ ἔλεον μὴ εἶναι ἐν ταῖς ὑμετέραις γνώμαις, ἀλλὰ τοῦδε Ἐρατοσθένους καὶ τοῦ τούτου συναρχόντων δίκην λαβεῖν, μηδὲ μαχομένους μὲν, κρείττους εἶναι τοῦ πολεμίου, ψηφιζομέ-
15 νους δ', ἥττους τοῦ ἐχθροῦ. Μηδ' ὧν φασὶ μέλλειν πράξειν, πλείω χάριν αὐτοῖς ἴστε, ἢ ὧν ἐποίησαν ὀργίζεσθε· μηδ' ἀπώσασθε μὲν τοῖς Τριάκοντα ἐπιβουλεύοντες, παρόντας δ' ἀφῆτε· μηδὲ τῆς τύχης, ἣ τούτους παρέδωκε τῇ πόλει, κάκιον
20 ὑμῖν αὐτοῖς βοηθήσητε. Κατηγορεῖτε δὲ Ἐρατοσθένους καὶ τῶν τούτου φίλων, οἷς τὰς ἀπολογίας

[l. 13 & 14.] Post μαχομένους addidi μὲν quod abest à vulg.

[l. 18.] Ἐπιβουλεύητε, vulg. ἐπιβουλεύετε.

[l. 21.] Τῶν τούτου φίλων, ità etiam cod. B, pro

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

Ὅτι μὴ ἀπέγραψεν Ἀγόρατος οὗτοσὶ τοὺς ἀνδρῶν ἐκείνων τὰ ὀνόματα, καὶ τὰ ἐν τῇ βουλῇ καὶ τὰ ἐν τῷ δήμῳ, καὶ ὅσοι φονεῦς ἐκείνων, χέδον τι οἶμαι ὑμᾶς ὀπίσαθαι. Ὡς τοίνυν ἁπάντων τοῦ κακῶν αἴτιος τῇ πόλει ἐγένετο, καὶ οὐδ' ὑφ' ἑνὸς αὐτὸν φεύσηκεν ἐλεῖσθαι, ἐγὼ οἶμαι ὑμῖν ἐν κεφαλαίοις ἀποδείξειν.

Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι συλληφθέντες ἐδέθησαν, τότε καὶ ὁ Λύσανδρος εἰς τοὺς λιμένας τοὺς ὑμετέρους εἰσέπλευσε, καὶ αἱ νῆες αἱ ὑμέτεραι Λακεδαιμονίοις παρεδόθησαν, καὶ τὰ τείχη κατεσκάφησαν, καὶ οἱ Τριάκοντα κατέστησαν, καὶ δεινὸν τῇ πόλει ἐγένετο. Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ Τριάκοντα κατεστάθησαν, εὐθέως κρίσιν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐποίουν ἐν τῇ βουλῇ· ὁ δὲ δῆμος ἐν τῷ διηγορείῳ ἐν διχιλίοις ἐψηφίσατο. Καί μοι ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Εἰ μὲ ὄν ἐν τῷ διηγορείῳ ἐκρίνουσι, ῥαδίως

[l. 2.] Ἀναγνώσεται, nempè, ut millies alibi, ὁ præfectos

præfectos militares? ..... Ipſe quidem confitetur ſilendo; verumtamen decreta populi vobis ſcriba recitabit.

DECRETA.

III. 1°. Agoratum igitur illorum virorum nomina detuliſſe cùm in ſenatu tùm in populo, eorumque eſſe interfectorem, jam ferè vos ſcire arbitror. Nunc verò eumdem omnium calamitatum quæ reipublicæ contigerunt, autorem fuiſſe, neque dignum eſſe qui à quovis miſericordiam conſequatur, id vobis ſummatìm exponere conabor.

Illis enim in carcerem detruſis, tunc & Lyſander ad veſtros portus appulit, & veſtræ naves Lacedæmoniis tradebantur, & diruebantur mœnia, & trigintaviri ſunt conſtituti, & iſtæc tanta reipublicæ illata eſt calamitas. Potiti jam imperio trigintaviri illisce viris ſtatìm diem dici curant in ſenatu, quum eodem tempore populus in tribunali per bis mille cives decretum tulit. Et mihi recita decretum.

DECRETUM.

2°. Si igitur in tribunali judicium experti eſ-

γραμματεύς. Dein ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ, vulg. ΨΗΦΙΣΜΑ.
[l. 15.] Καὶ οἱ .... deeſt in vulg. καί.

ἂν ἐσώζοντο. Ἅπαντες γὰρ ἤδη ἐγνωκότες ἦτε ὃ ἦν κακὸν ἡ πόλις, ἐν ᾧ οὐδὲν ἔτι ὠφελεῖν ἐδύναθε· νῦν δ' εἰς τὴν βυλὴν αὐτοὺς τοὺς ὑπὲρ τῶν Τριάκοντα εἰσάγουσιν. Ἡ δὲ κρίσις τοιαύτη ἐγίγνετο, οἵαν καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ ὑπίσαθε. Οἱ μὲν γὰρ Τριάκοντα ἐκάθηντο ὑπὲρ τῶν βαθρῶν, ὃ νῦν οἱ πρυτάνεις καθέζονται· δύο δὲ τράπεζαι ἐν τῷ πρόσθεν τῶν Τριάκοντα ἐκείθην. Τὴν δὲ ψῆφον οὐκ εἰς κάδισκους, ἀλλὰ φανερὰν ὑπὲ τὰς τράπεζας ταύτας ἔδει τίθεσθαι· τὴν μὲν καθαιροῦσαν, ὑπὲ τὴν ὑστέραν, τὴν δὲ σώζουσαν, ὑπὲ τὴν πρότεραν. Ὥστε ἐκ πίνακος ἔμελλέ τις αὐτῶν σωθήσεσθαι; Ἑνὶ δὲ λόγῳ, ὅσοι εἰς τὸ βουλευτήριον ὑπὲ τῶν Τριάκοντα εἰσῆλθον κριθησόμενοι, ἁπάντων θάνατον κατεψηφίσαντο, καὶ οὐδενὸς ἀπεψηφίσαντο, πλὴν Ἀγοράτου τουτουί, τοῦτον δὲ ἀφεῖσαν, ὡς εὐεργέτην ὄντα. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὡς πολλοὶ ὑπὸ τούτου τεθνᾶσι, βούλομαι ὑμῖν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀναγνῶναι.

ΟΝΟΜΑΤΑ.

Ἐπειδὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, θάνατον αὐτῶν κατεγνώσθη, καὶ ἔδει αὐτοὺς ἀποθνήσκειν,

[l. 7 & 8.] Τῶν Τριάκοντα, mihi videtur ſcholium

ſent, ſalutem facilè eſſent conſecuti. Vos enim jam intellexeratis quantæ erant reipublicæ calamitates, quibus nondùm mederi poteratis. At verò ii ad ſenatum ducuntur qui ſub trigintaviris extitit. Hujuſmodi autem fuit judicium, ut vos cognoſcitis. Trigintaviri in ſubſelliis ſedebant ubi nunc ſedent prytanes. Duæ menſæ antè ipſos Triginta collocatæ erant, & oportuit calculum non urnis injicere, ſed palàm menſis imponere, eum qui condemnabat poſteriori, eum qui abſolvebat priori; undè quo pacto aliquis illorum ſervari potuit? Uno verbo, quicumque ad curiam trigintaviralis ſenatûs acceſſere judicium ſubituri, capite damnati ſunt, abſoluto nemine præter Agoratum; quem ſcilicet dimiſere tanquam de republicâ benè meritum. Ut autem ſciatis quot ab iſto ſint interempti, eorum nomina vobis recenſebo.

NOMINA.

30. Poſtquam igitur, judices, illi viri morte damnati ſunt, ipſisque erat moriendum, arceſſunt ad

---

quòd in textum irrepſit, ac proindè recidi velim.

[l. 8 & 9.] Καδίσκους, legitur ad marginem Stephani καδδίσκους quod & habet cod. Sang.

[l. 18 & 19.] Poſt ἀναγνῶναι addidi titulum ὌΝΟΜΑΤΑ, qui deeſt in vulg.

μεταπέμπουσι εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὁ μὲν ἀδελφὴν, ὁ δὲ μητέρα, ὁ δὲ γυναῖκα, ὁ δ' εἴ τις ἦν ἑκάστῳ αὐτῶν φιλτάτη, ἵνα τὰ ὕστατα ἀσπασάμενοι τὰς αὑτῶν, οὕτω τὸν βίον τελευτήσειαν.

5 Καὶ δὴ καὶ Διονυσόδωρος μεταπέμπει τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν εἰς τὸ δεσμωτήριον, γυναῖκα ἑαυτοῦ οὖσαν. Πυθομένη δ' ἐκείνη ἀφικνεῖται, μέλαν γε ἱμάτιον ἠμφιεσμένη, ὡς εἰκὸς ἦν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὶ αὐτῆς τοιαύτῃ συμφορᾷ κεχρημένῳ. Ἐναντίον δὲ

10 τῆς ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς Διονυσόδωρος τά τε οἰκεῖα τὰ αὑτοῦ διέθετο, ὅπως αὐτῷ ἐδόκει, καὶ περὶ Ἀγοράτου τούτου ἔλεγεν, ὅτι αἴτιος ἦν οὗ θανάτου· καὶ ἐπέσκηπτεν ἐμοὶ καὶ Διονυσίῳ τούτῳ τῷ ἀδελφῷ τῷ αὐτοῦ, καὶ τοῖς φίλοις πᾶσι,

15 τιμωρεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀγόρατον· καὶ τῇ γυναικὶ τῇ αὐτοῦ ἐπέσκηπτε (νομίζων αὐτὴν κύειν ἐξ αὐτοῦ), ἐὰν γένηται αὐτῇ παιδίον, φέρειν τῷ γενομένῳ ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀγόρατος ἀπέκτενε, καὶ κελεύειν τιμωρεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς φο-

20 νέα ὄντα. Ὧς οὖν ἀληθῆ λέγω, μάρτυρας τούτων παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Οὗτοι μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὑπὸ Ἀγοράτου ἀπογραφέντες ἀπέθανον. Ἐπεὶ δὲ τούτους

[l. 1 & 2.] Ἀδελφὴν, vulg. ἀδελφόν.

carcerem, hic quidem sororem, matrem ille, alius uxorem, aut quæcumque singulis conjunctissima erat, ut suis ultimùm salutatis ità vitâ defungerentur. Et Dionysodorus quidem arcessit sororem meam, suam uxorem, ad carcerem. Quæ, his auditis, advenit, lugubri veste induta, ut par erat, quum vir ipsius tali fortunâ uteretur. Dionysodorus autem coràm sorore meâ res suas familiares testamento ordinavit, prout sibi visum fuerat, & hæc adjecit de Agorato, eum mortis suæ causam esse, mihique in mandatis dedit, & Dionysio fratri suo, amicisque omnibus, ut ab Agorato ipsius nomine pœnas exposcerent, & uxori mandavit (existimans eam à se esse gravidam) ut si masculum pareret puerum, puero diceret, quod Agoratus ipsius patrem interfecerit, à quo pœnas cædis aliquandò repeteret. Atque hæc vera esse ut constet testes producam.

TESTES.

4°. Illi igitur, Athenienses, delati ab Agorato mortem oppetiere. Ubi autem eos de medio sus-

---

[l. 2.] Εἴ τις, codd. Sang. & Vindob. ἤ τις.
[l. 4.] Τὰς, vulg. τὰς.
[l. 7.] Vulg. μέλαν τε. Pro τε assumpsi è margine γε.

ἐκποδὼν ἐποιήσαντο οἱ Τριάκοντα, χρεὸν οἶμαι ὑμᾶς ὁρῶντας ὡς πολλὰ καὶ δεινὰ μετὰ ταῦτα τῇ πόλει ἐγένετο. Ὧν οὗτος ἁπάντων αἴτιός ἐστιν, ἀποκτείνας ἐκείνους. Ἀνιῶμαι μὲν οὖν ὑπομιμνήσκων τὰς γεγενημένας συμφορὰς τῇ πόλει, ἀνάγκη δ' ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ἵν' εἰδῆτε ὡς σφόδρα ὑμῖν ἐλεεῖν προσήκει Ἀγόραιον. Ἴστε μὲν γὰρ οὗτοι ἐκ Σαλαμῖνος τοὺς πολιτῶν κομισθέντας, οἷοι ἦσαν καὶ ὅσοι, καὶ οἵῳ ὀλέθρῳ ὑπὸ τοῦ Τριάκοντα ἀπώλοντο· ἴστε δὲ οὗτοι ὄντες Ἐλευσῖνος, ὡς πολλοὶ ταύτῃ τῇ συμφορᾷ ἐχρήσαντο. Μέμνησθε δὴ καὶ οὗτοι ἐνθάδε δικὰ τὰς ἰδίας ἔχθρας ἀπαγομένους εἰς τὸ δεσμωτήριον· οἳ οὐδὲν κακὸν τὴν πόλιν ποιήσαντες, ἠναγκάζοντο αἰσχίστῳ καὶ ἀκλεεστάτῳ ὀλέθρῳ ἀπόλλυσθαι· οἱ μὲν, γονέας σφετέρους αὐτῶν προσβύτας καταλιπόντες, οἳ ἤλπιζον ὑπὸ τῶν σφετέρων αὐτῶν παίδων γηροτροφηθέντες, ἐπειδὴ τελευτήσαιεν τὸν βίον, ταφήσεσθαι· οἱ δὲ ἀδελφὰς ἀνεψιάς, οἱ δὲ παῖδας μικροὺς πολλῆς ἐπιθεραπείας δεομένους. Οὓς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ποίαν τινὰ οἴεσθε γνώμην περὶ τούτου ἔχειν, ἢ ποίαν τινὰ ἂν ψῆφον θεῖσθαι, εἰ ἐπ' ἐκείνοις γένοιντο, ἀποστερηθέντας διὰ τοῦτον τοῦ ἡδίστου;

[l. 7.] Ὡς σφόδρα ὑμῖν ἐλεεῖν, hæc accipienda iro-

tulerant trigintaviri, vos ferè ſcire arbitror quantæ & quàm graves calamitates huic civitati contigerint; quarum omnium iſte fuit autor quum illos viros interfecerit. Piget profectò civitatis infortunia refricare, hodie tamen neceſſe habeo, judices, ut pernoſcatis quòd ne leviſſimam quidem miſericordiam Agoratus dignus ſit à vobis conſequi. Recordamini nempè cives Salamine advectos, quales quantique fuerint, & quali exitio à trigintaviris ſint interempti: recordamini quot ab Eleuſine venientes eodem interitu periere: recordamini quoque quot hîc in urbe ob privatas ſimultates in vincula abripiebantur. Qui quum nihil mali admiſiſſent in civitatem, turpiſſimo & inhoneſtiſſimo mortis genere interiere; partìm relictis parentibus ſenioribus, qui ſperabant poſt ſuſtentatam à liberis ſuis ſenectutem, ab iiſdem mortuos ſepeliendos eſſe; partìm relictis ſororibus nondùm elocatis; partìm infantulis qui multâ adhuc curâ indigerent. Quos, judices, quali animo in iſtum futuros eſſe exiſtimatis, aut qualem ſententiam laturos, ſi in ipſorum poteſtate ſita res eſſet, iſtius operâ rebus dulciſſimis orbatos? Recordamini etiam

---

nicè, malim tamen antè ἐλεεῖν addi μὴ vel ὅπ.

[l. 11.] Πολλοὶ, cod. Vindob. πολλῇ.

[l. 24.] Vulg. τούτων, dedi τοῦτον quod & habent codd. B, Vindob. & Sang.

Ἔτι δὲ τὰ τείχη ὡς καθεσκάφη, καὶ αἱ νῆες τοῖς πολεμίοις παρεδόθησαν, καὶ νεώρια καθηρέθη, καὶ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκρόπολιν ὑμῶν εἶχον, καὶ ἡ δύναμις ἅπασα τῆς πόλεως παρελύθη, ὥστε μηδὲν διαφέρειν τῆς ἐλαχίστης πόλεως τὴν πόλιν. Πρὸς δὲ τούτοις, τὰς ἰδίας οὐσίας ἀπωλέσατε· καὶ τὸ τελευταῖον συλληφθῆν ἅπαντες ὑπὸ τῶν Τριακοντα ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάθητε. Ταῦτα ἐκεῖνοι οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες αἰσθόμενοι, οὐκ ἔφασαν ὑπιτρέψαι τὴν εἰρήνην, ὦ ἄνδρες δικασταί, ποιήσαντες· ὃς σὺ, Ἀγόρατε, βουλομένους ἀγαθόν τι πρᾶξαι τῇ πόλει, ἀπέκτεινας, μηνύσας αὐτοὺς τῇ βουλῇ ὑπεύθυνοι τῷ πλήθει τῷ ἡμετέρῳ, καὶ αἰτῶ εἰ ἁπάντων τῇ πόλει τῶν κακῶν τῶν γεγενημένων. Νῦν οὖν μνησθέντες καὶ τῶν ἰδίων ἕκαστος δυσυχημάτων, καὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως, τιμωρεῖσθε τὸν αἴτιον τούτων.

Θαυμάζω δ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὁ,τι ποτὲ τολμήσει πρὸς ὑμᾶς ἀπολογεῖσθαι. Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστι θανάτου· ὃ οὐκ ἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι. Πρῶτον μὲν γὰρ

[l. 1.] Ἔτι δὲ . . . . sub. μέμνησθε quod præcessit.
[l. 3.] Vulg. ἡμῶν prætuli ὑμῶν ex cod. Vindob.
[l. 11.] Βουλομένους, vulg. βουλόμενος.

quo pacto diruta ſunt mœnia, naves hoſtibus proditæ, ſublata navalia, arx veſtra occupata à Lacedæmoniis, omnesque civitatis vires profligatæ, ità ut hæc civitas nihil quidquam ab infirmiſſimâ differret. Huc accedit quòd privatas opes amiſeritis, & ad extremum universìm omnes à trigintaviris fueritis expulſi. Quæ quum cives egregii prævíderent, negârunt, judices, pacem fieri ſe permiſſuros. Quos tu, Agorate, dùm de republicâ benè mereri cupiebant, interfeciſti, ipſos deferendo ad ſenatum tanquam noſtris omnium commodis inſidiantes, cunctorumque malorum quæ civitatem oppreſſere cauſa fuiſti. Nunc igitur recordati unuſquisque calamitatum cùm privatarum, tùm publicarum, harum autorem ulciſcamini.

IV. Miror autem, judices, quamnam defenſionem inſtituere audebit. Eum enim oportet demonſtrare ſe non detuliſſe illos viros, neque eorum perniciem concitaſſe, id quod nunquam demonſtrare poſſit. Namque primùm decreta &

[l. 13.] Βουλῇ, ἡμελέρῳ, vulg. πόλει, ὑμελέρῳ. Cod. Brulart. habet τῇ πόλει ἐπιβουλεύειν ἢ τῷ πλήθει.

[l. 21 & 22.] Vulg. θανάτου· κἂν. Pro κἂν dedi ex Tayloro ὃ ἐκ ἂν, quod & habent codd. B & Vindob. Cod. Brulart. legit ὅ τι ἄν.

τὰ ψηφίσματα αὐτοῦ, τὰ ἐκ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, καταμάρτυρεῖ, παρρησίαν ἀγορεύοντα περὶ ὧν Ἀγόρατος καλέσειεν· ἔπειτα ἡ κρίσις ἦν ἐκρίθη ὅτι τῶν τριάκοντα καὶ ἀφείθη, παρρησίαν λέγω· διότι (φησὶν) ἔδοξε τἀληθῆ εἰσαγγεῖλαι. Καί μοι ἀνάγνωθι τὰ ψηφίσματα καὶ τὴν γραφήν.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ. ΓΡΑΦΗ.

Ὡς μὲν οὖν ἀπέγραψεν, οὐδενὶ τρόπῳ δύναιτ' ἂν ἀποδεῖξαι. Δεῖ τοίνυν αὐτὸν ὡς δικαίως ἐμήνυσε ταῦτα ἀποφαίνειν, ὁρῶν αὐτοὺς πονηρὰ καὶ οὐκ ἐπιτήδεια τῷ δήμῳ τῷ ὑμετέρῳ πράττοντας. Οἴομαι δὲ οὐδ' ἂν τοῦτο αὐτὸν ἐπιχειρῆσαι ἀποδεικνύναι. Οὐ γὰρ δήπου, εἴ τι κακὸν τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων εἰργάσαντο, οἱ τριάκοντα δεδιότες μὴ καταλυθεῖν ἂν ὁ δῆμος, τιμωροῦντες ὑπὲρ τοῦ δήμου ἂν αὐτοὺς ἀπέκτειναν· ἀλλ' οἶμαι πολὺ τοὐναντίον τούτου.

Ἀλλ' ἴσως φήσει ἄκων τοσαῦτα κακὰ ἐργά-

[l. 1 & 2.] Αὐτοῦ regitur à καταμαρτυρεῖ.

[l. 5, 6, 7, 8 & 9.] Post εἰσαγγεῖλαι addidi partìm ex meo partìm ex codicibus καί μοι ἀνάγνωθι τὰ ψηφίσματα καὶ τὴν γράφην. Hìc γράφη interpretor, ſententia judicum, quum vulgò intelligi debeat, libellus accuſatorius. Cod. Vindob. dat εἰσαγγεῖλαι, καί μοι ἀνάγνωθι. Ὡς

ex ſenatu & ex populo contrà ipſum teſtantur, quæ diſertè eorum nomina memorant quos Agoratus detulit. Deindè judicium quod ſub triginta-viris ſubiit & abſolutus eſt, expreſſis verbis ait: Quòd, inquit, viſus eſt vera denunciaſſe. Tu mihi recita & decreta & ſententiam judicum.

DECRETA. SENTENTIA JUDICUM.

Se igitur non detuliſſe viros nullo pacto poteſt demonſtrare. Oportet itaque ipſum oſtendere quòd indicium jure fecerit, animadvertens ſcilicet illos mala conſilia & populo perniciosa agitare. At neque hoc iſtum arbitror oſtendere conaturum. Non enim ſanè ſi quid mali contrà populum Athenienſem moliti fuiſſent, trigintaviri timentes ne populare imperium everteretur, ipſos punientes occidiſſent populi nomine; at, opinor, contrarium prorsùs feciſſent.

Fortaſſis autem contendet ſe invitum tot mala

μέν. . . . Cod. Sang. habet εἰσαγεῖλαι, καί μοι ἀνάγνωθι τὰς γραφάς. Ὡς μέν. In titulis pro ψήφισμα in vulg. dedi ψηφίσματα. Poſt μὴν cod. Vindob. non habet ἕν.

[l. 11.] Αὐτοὺς, nempè, illos quos detulit Agoratus.

[l. 13.] Vulg. οἴομαι ἐδ' ἂν τοῦτον, dedi ex margine ut legitur.

[l. 16.] Juxtà doctiores viros emendavi vulgatam quæ ſic habet, μὴ καταλυθείησαν, ὁ δῆμος.

σαι. Ἐγὼ δ' οὐκ οἶμαι, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδὲ ἐάν τις ὑμᾶς ὡς μάλιστα ἄκων μεγάλα κακὰ ἐργάσηται, ὧν μὴ οἷόν τε γενέσθαι ὑστερβολὴν, οὐ τούτου ἕνεκα οὐ δεῖν ὑμᾶς ἀμύνεσθαι. Εἶτα δὲ καὶ
5 ἐκεῖνο μεμνῆσθαι, ὅτι δεξιὸν Ἀγορράτῳ τούτῳ, πρὶν εἰς τὴν βουλὴν κομισθῆναι, ὅτε ὑπὸ τοῦ βωμοῦ ἐκάθητο Μουσυχάσι, σωθῆναι. Καὶ γὰρ πλοῖα παρεσκεύαστο, καὶ οἱ ἐγγυηταὶ ἕτοιμοι ἦσαν συναπιέναι. Καίτοι εἰ ἐκείνοις ἐπείθου, καὶ ἠθελήσας
10 ἐκπλεῦσαι μετ' ἐκείνων, οὔτ' ἂν ἑκὼν οὔτε ἄκων τοσούτους Ἀθηναίους ἀπέκτεινας· νῦν δὲ πεισθεὶς ὑφ' ὧν τότε ἐπείθης, εἰ τοῦ στρατηγῶν καὶ τοῦ ταξιαρχῶν τὰ ὀνόματα μόνον εἴποις, μέγα τι φοῦ παρ' αὐτῶν διαφεύξεσθαι. Οὐκοῦν τούτου ἕνεκα δεῖ σε
15 παρ' ἡμῶν συγγνώμης τινὸς τυχεῖν, ἐπεὶ οὐδὲ ἐκεῖνοι πολλὰ σοῦ οὐδεμιᾶς ἔτυχον, οὓς σὺ ἀπέκτεινας. Καὶ Ἱππίας μὲν ὁ Θάσιος καὶ Ξενοφῶν ὁ Ἰκαριεὺς, οἱ ὑπὸ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ τούτῳ ὑπὸ τῆς βουλῆς μετεπέμφθησαν, οὗτοι μὲν ἀπέθανον· ὁ μὲν, τρεβλωθεὶς,
20 Ξενοφῶν· ὁ δὲ Ἱππίας, οὔπω· διότι οὐκ ἄξιοι

[l. 3.] Dedi ὑπερβολὴν ex margine pro ἡ ὑπερβολὴ in textu.

[l. 5.] Μεμνῆσθαι, ſub. οἶμαι ὑμᾶς. Pro ἐκεῖνο codd. Sang. & Vindob. habent ἐκείνων.

[l. 8.] In vulg. οἱ deeſt antè ἐγγυηταί.

[l. 11.] Ἀθηναίους, cod. Vindob. Ἀθηναίων.

[l. 14.] Διαπράξεσθαι, vulg. διαπράξασθαι.

perpetrasse. Equidem existimo, judices, si quis maximè invitus tantorum vobis malorum autor fuerit ut eis majora esse nequeant, non idcircò eum non esse à vobis puniendum. Deindè verò & hoc mementote, licuisse nimirùm Agorato, priusquam ad senatum adductus erat quum Munychiæ ad aram sederet, licuisse, inquam, aufugere & servari. Nam & instructa erant navigia, & sponsores parati ad unà proficiscendum. Atqui si illis obtemperasses, & cum iisdem unà voluisses enavigare, neque volens neque invitus tot Atheniensibus mortem intulisses. Jam verò ab iis persuasus à quibus tunc temporis passus es persuaderi, egregium aliquid ab eis impetraturum te existimasti, si præfectorum militarium nomina duntaxat deferres. Nullam itaque à nobis tu consequi debes misericordiam, quoniam illi quos tu occidisti nullam à te consecuti sunt. Et Hippias quidem Thasius & Xenopho Icariensis, qui eâdem de causâ, quâ Agoratus, arcessebantur, interfecti sunt, Xenopho tortus crudeliter, Hippias sine tormen-

---

[l. 17.] Θάσιος, cod. Vindob. Θράσιος, ex quo Reiskius conjicit Θριάσιος.

[l. 18.] Ἰκαριεὺς, vulg. Καριευς.

[l. 20.] Οὕτω, simplici mortis genere, sine tormentis.

[Ibid.] Antè ἄξιοι vulg. habet ἂν quod recidi ut pote quod sensum impediat, & absit à codd. B, Sang. & Vindob.

ἐδόκουν τοῖς Τριάκοντα σωτηρίας εἶναι (οὐδένα γὰρ Ἀθηναίων ἀπώλλυσαν)· Ἀγόρατος δὲ ἀφείθη, διότι ἐδόκει ἐκείνοις τὰ ἥδιστα πεποιηκέναι.

Ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ εἰς Μενέστρατον ἀναφέρειν τὴ φωνὴ τῆς ἀπογραφῆς τούτων. Τὸ γὰρ Μενεστράτου φάγμα, βιοῦντον ἐγένετο. Ὁ Μενέστρατος οὗτος ἀπογράφη ὑπὸ τοῦ Ἀγορράτου, καὶ συλληφθεὶς ἐδέδετο. Ἀγνόδωρος δ' ἦν Ἀμφιβοπαιεύς, δημότης τοῦ Μενεστράτου, Κειτίου κηδεστὴς τῶν Τριάκοντα. Οὗτοι οὖν, ὅτε ἡ ἐκκλησία Μουνυχίᾳσιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγένετο, ἅμα μὲν βουλόμενον τὸν Μενέστρατον σωθῆναι, ἅμα δ', ὡς πλείους ἀπογραφέντας ἀπολέσῃ, φοβούμενοι αὐτὸν εἰς τὸν δῆμον· καὶ δείσαντες ἀπῆλθον τὸ ψήφισμα τοῦτο ἄδειαν.

ΦΗΦΙΣΜΑ.

Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐγένετο, μηνύει ὁ Μενέστρατος καὶ προσαπογράφει ἑτέρους τῶν πολιτῶν. Τούτους μέντοι οἱ μὲν Τριάκοντα ἀφεῖσαν,

---

[l. 5.] Ἀπογραφῶν, vulg. γραφῶν.

[l. 8.] Cod. Sang. & Ald. Ἀμφότροπαιεύς.

[l. 10 & 11.] Antè Μουνυχίᾳσιν vulg. habet ἐν quod recidi.

[l. 11.] Ἐγένετο, legitur ad marginem & in cod. Vindob. ἐγίνετο.

tis, propterea quòd non videbantur trigintaviris ſalute digni, quum neminem Atheniensium perdidiſſent; Agoratus autem dimiſſus eſt, propterea quòd rem iſtis jucundiſſimam præſtiterat.

Orationis pars altera.

I. 1°. Iſtum autem audio delationum illarum partem aliquam in Meneſtratum conferre. Res porrò Meneſtrati ità ſe habet. Is ab Agorato delatus fuit & in vincula conjectus. Erat Agnodorus Amphitropæenſis, ejuſdem *demi* ac Meneſtratus, Critiæque, trigintavirorum unius, affinis. Hic igitur, quum Munychiæ in theatro concio habebatur, unà cupiens Meneſtratum ſervari, & quàm plurimos delatos interire, adducit eum ad populum, ac juxtà hoc decretum ipſe collegæque impunitatem ei conciliant.

DECRETUM.

Perlato hoc decreto, alios præterea cives indicat & defert Meneſtratus. Hunc igitur trigintaviri abſolverunt, quemadmodum & Agoratum, quòd

---

[l. 13.] Ἀπογραφέντας, cod. Vindob. ἀπογραφθέντας.

[l. 14, 15, 16 & 17.] Vulg. habet ἐ εὐείσκων τε αὐτῷ κ᾽ τὸ ψήφισμα τυτὶ ἄδειαν. Ἐπειδή. Quod emendavi juxtà Reiskium. Cod. Sang. pro εὐείσκων τε dat εὐείσκοντε, & pro αὐτῷ cod. B αὐτῶν.

ὥςωρ Ἀγόρατον τουτονὶ, δόξαντα τἀληθῆ εἰσαγεῖλαι. Ὑμεῖς ᾔ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον λαβόντες ἐν δικαστηρίῳ, ὡς ἀνδροφόνον ὄντα, θάνατον δικαίως καταψηφισάμενοι, τῷ δημίῳ παρέδοτε· ᾗ ἀπετυμπανίσθη. Καίτοι εἰ ἐκεῖνος δικαίως ἀπέθανεν, ἥτις Ἀγόρατος πολὺ δικαιότερον ἀποθανεῖται, ὅς γε τὸν Μενέστρατον ἀπογράψας, ἐκείνῳ τε αἴτιος ἦν τοῦ θανάτου, ᾗ τοῖς ὑπὸ Μενεστράτου ἀπογραφεῖσι. Τὶς γὰρ ἂν ἄλλος εἴη αἰτιώτερος ἢ ὁ εἰς τοιαύτην ἀνάγκην ἐκεῖνον καταστήσας;

Ἀνόμοιος δέ μοι δοκεῖ Ἀριστοφάνει γενέσθαι τῷ Χολλίδῃ, ὃς ἐγγυητὴς τότε τούτου ἐγένετο, ᾗ τὰ πλοῖα ἐδιδασκάσας Μοιμυχάσιν ἕτοιμος ἦν συνεκπλεῖν μετὰ τούτου. Καὶ τό γε ἐπ' ἐκείνῳ εἶχε, ἐσώθης, ᾗ οὔτ' ἂν Ἀθηναῖον οὐδένα ἀπώλεσας, οὔτ' ἂν αὐτὸς εἰς τοιούτους κινδύνους κατέστης· νῦν ᾗ τὸν σωτῆρα τὸν σαυτοῦ ἐτόλμησας ἀπογράψαι, ᾗ ἀπέγραψας ᾗ ἐκεῖνον ᾗ σοῦ ἄλλους ἐγγυητάς. Τοῦτον μέντοι, ὡς οὐ καλῶς Ἀθηναῖον

[l. 2.] Pro ἀληθῆ in vulg. dedi τἀληθῆ ut suprà.

[l. 4.] Δημίῳ, vulg. δήμῳ.

[l. 5, 6, 7, 8, 9 & 10.] Vulg. habet καίτοι εἰ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἥτις Ἀγόρατός γε δικαίως ἀποθανεῖται. Ὥστε τόν τε Μενέστρατον ἀπογράψας, αἴτιος ἐκείνῳ

ejus

ejus denunciationem veram habebant. At vos, longo tempore post, nacti in judicio, cædis convictum & capitis damnatum, carnifici in supplicium tradidistis, & fustuario interfectus est. Atqui si hic justè interiit, sanè multò justiùs interibit Agoratus, siquidem & ipsi & illis ab ipso delatis causa mortis fuit. Quis enim magis causa fuit quàm qui Menestratum ad eam adegit necessitatem?

2°. Iste autem mihi longè dissimilis videtur fuisse Aristophani Chollidæ, qui pro ipso spopondit olìm, & navibus Munychiæ subductis paratus erat unà proficisci. Et profectò, quantùm in illo erat, tu servatus fuisses, Agorate, & neque Atheniensium aliquem perdidisses, neque ipse in hujusmodi discrimen esses redactus. Jam verò tu tuum servatorem deferre sustinuisti, atque eum detulisti ceterosque fidejussores. Ceterùm hunc, ut potè non liquidò civem Athenienſem, nonnulli volue-

---

ἐς τὴν θανάτου, καὶ τοῖς ὑπὸ Μενεσράτου ἀπογραφεῖσι τίς αἰτιώτερος . . . . totum hunc locum valdè corruptum juxtà Reiskium feliciter emendantem restitui.

[l. 15.] Ἐκείνῳ, vulg. ἐκεῖνον. Hìc observandum est quomodo orator abruptè à tertiâ personâ transeat ad secundam. Cod. Brulart. habet quoque ἐφ' ἐκείνῳ.

[l. 20.] Τοῦτον, scil. Aristophanem, malim ἐκεῖνον.

ὄντα, ἐβούλοντο πινὲς βασανισθῆναι· καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν δῆμον ἀναπείθουσι ψηφίζεσθαι.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Μετὰ τοῦτο τοίνυν πρεσβεύοντες παρ' Ἀριστοφάνει οἱ πράττοντες τότε τὰ πράγματα, ἐδέοντο ἀυτὸν καταπαῦσαι, καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ κινδυνεύειν, ἀγωνισάμενον τῆς ξενίας, τὰ ἔσχατα παθεῖν. Ὁ δὲ οὐκ ἔφη οὐδέποτε ποιήσειν. Οὕτω χρηστὸς ἦν καὶ πρὸς τοῦτον δεδεμένος καὶ πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ὥστε εἵλετο μᾶλλον ἀποθανεῖν ἢ καταπαῦσαι, καὶ ἀδίκως πινὰς ἀπολέσαι. Ἐκεῖνον μὲν τοίνυν καὶ ὑπό σου ἀπολλύμενον, τριῶν τοῖν ἐγένετο· καὶ ὁ Ξενοφῶν ὁ τρεβλωθεὶς, καὶ Ἱππίας ὁ Θάσιος· σὺ δ' οὐδὲν τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις συνειδὼς, πειθεὶς δὲ ὡς σύγε, ἂν ἐκεῖνοι ἀπόλωνται, μεθέξεις τῆς τότε πολιτείας καθισταμένης, ἀπέγραφες καὶ ἀπέκτεινας Ἀθηναίων πολλοὺς καὶ ἀγαθούς.

Βούλομαι δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, δηδεῖξαι οἵων ἀνδρῶν ὑπὸ Ἀγορράτου ἀπεστέρησθε. Εἰ

[l. 1.] Cod. B βαβυιθῆναι ut in vulgatâ, Ald. καταγνιθῆναι, cod. Sang. καλανιθῆναι, cod. Brulart. καταινωθῆναι.

[l. 2.] Post ψηφίζεσθαι deest in vulg. titulus ΨΗΦΙΣΜΑ.

runt tormentis cruciari, & hoc decretum ferre populo persuadent.

DECRETUM.

Post hæc cum Aristophane collocuti ii penes quos summa rerum tunc erat, orabant eum ut faceret indicium, & vitam servaret suam, neque de civitatis jure postulatus extrema supplicia adiret. Ille negavit se hoc facturum. Adeò honestè se gessit ergà vinctos & ergà populum Atheniensem, ut mori maluerit, quàm indicio suo aliquos præter jus interimere. Ille igitur qui tuâ operâ interemptus est, talem se præstitit, & Xenopho quoque qui tormentis cruciatus periit, & Hippias Thasius. Tu autem nullius rei hujusce viris conscius, sed spe adductus, illis è medio sublatis, novæ reipublicæ unà administrandæ, detulisti & interfecisti multos & egregios cives.

Volo autem, judices, vobis exponere cujusmodi viris ab Agorato sitis orbati. Quòd si non ità

[l. 8.] Ποιήσειν abest à vulg.

[l. 15.] Συνειδὼς, Ald. συνοιδώς.

[Ibid.] Πειθεὶς δὲ, abest δὲ à cod. Vindob.

[l. 16 & 17.] Τῆς τότε, ἀπέγραφες, vulg. τῆς τε, ἀπεγράφης.

[l. 20.] Ὑπὸ, Ald. ἀπό.

μὴ οὐ πολλοὶ ἦσαν, καθ' ἕκαστον ἂν περὶ αὐτῶν ἠκούετε· νῦν δὲ, συλλήβδην περὶ πάντων. Οἱ μὲν γὰρ στρατηγήσαντες ὑμῖν πολλάκις, μείζω τὴν πόλιν τοῖς παραδεχομένοις στρατηγοῖς παρεδί-
5 δοσαν· οἱ δ' ἑτέρας μεγάλας δεχὰς ἄρξαντες, καὶ τριηραρχίας πολλὰς τριηραρχήσαντες, οὐδεπώποτε ὑφ' ὑμῶν οὐδεμίαν αἰτίαν αἰσχρὰν ἔσχον. Οἱ δ' αὐτῶν περιγενόμενοι καὶ σωθέντες, οὓς οὗτος μὴ ἀπέκτανεν ὠμῶς, καὶ θάνατον αὐτῶν κατεγνώ-
10 σθη, ἢ ἡ τύχη καὶ ὁ δαίμων περιεποίησε, φυγόντες ἐνθένδε, καὶ οὐ συλληφθέντες, οὐδὲ ὑπομείναντες τὴν κρίσιν, κατελθόντες ἀπὸ Φυλῆς, τιμῶνται ὑφ' ὑμῶν, ὡς ἄνδρες ἀγαθοὶ ὄντες. Τούτους μὲν βιούτους ὄντας Ἀγόραιος, οὗτος μὲν ἀπέκτανε, οὗτος δὲ
15 φυγάδας ἐνταῦθεν ἐποίησε. Τίς ὢν αὐτός; Δεῖ γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι δοῦλος μὲν καὶ ἐκ δούλων ἐστίν· ἵν' εἰδῆτε οἷος ὢν ὑμᾶς ἐλυμαίνετο. Τούτῳ μὲν γὰρ πατὴρ ἦν Εὐμάρης, ἐγένετο δὲ ὁ Εὐμάρης οὗτος, Νικοκλέους καὶ Ἀντικλέους. Καί μοι ἀνά-
20 βητε μάρτυρες.

[l. 4.] Διαδεχομένοις, cod. Vindob. ſimplex δεχομένοις.

[l. 4 & 5.] Παρεδίδοσαν, idem cod. παρέδοσαν.

[l. 6 & 7.] Vulg. οὐδ' ὑφ' ὑμῶν οὐδεμίαν τὴν αἰτίαν. Οὐδ' & τὴν, rejeci has voces quæ abſunt à codd. B & Vindob. Codex Sang. non habet τὴν.

multi forent, singulatìm aliquid de unoquoque commemorassem; jam verò accipite universìm de omnibus. Quorum alii vestris exercitibus sæpiùs imperantes, auctiorem rempublicam succedentibus sibi imperatoribus tradiderunt; alii diverso in genere magnis magistratibus defuncti & triremibus sæpenumerò præfecti, nullius unquam turpitudinis à vobis criminationem subiere; alii denique superstites & conservati, quos iste occidit crudeliter, quorumque de capite est judicatum, sed quos sua sors & fortuna eripuit, hi fugâ elapsi, & elusis vinculis, neque judicio expectato, huc reversi è Phylâ à vobis honorantur ut optimi cives. Hos omnes ejusmodi viros, Agoratus partìm morte affecit, partìm in exilium ejecit: ipse autem qualis? Vos enim oportet cognoscere eum servum esse & è servis prognatum; ut sciatis qualis homo vobis calamitatem importârit. Isti enim pater erat Eumares; Eumares autem Nicoclis erat servus & Anticlis. Et mihi horum testes ascendite.

[l. 10.] Vulg. φυγόντες γάρ. Expunxi γὰρ ut sensum impediens.

[l. 17.] Cod. B ὅιος ὢν ὑμᾶς ut in vulgatâ, Ald. ὅιος ὢν ἐις ὑμᾶς. Cod. Sang. ὅιος ἢ ὑμᾶς.

[l. 18 & 19.] Cod. B ὁ Εὐμάρης ὅτος, deindè lacunula, & ὅτος Νικοκλέους & Ἀντικλέους. Ceterùm ad Νικοκλέους & Ἀντικλέους subaudi δοῦλος.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Πολλὰ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅσα κακὰ καὶ αἰσχρὰ καὶ τούτῳ καὶ τοῖς τούτου ἀδελφοῖς ὑπεπόνθεν, πολὺ ἂν εἴη ἔργον λέγειν. Περὶ μὲν συκοφαντίας ὅσας δίκας ἢ δίκας ἰδίας συκοφαντῶν ἐδικάζετο, ἢ γραφὰς ὅσας ἐγράφετο, ἢ ὑπογραφὰς ἀπέγραφεν, οὐδὲν με δεῖ καθ' ἕκαστον λέγειν· συλλήβδην γὰρ ὑμεῖς ἅπαντες καὶ ἐν τῷ δήμῳ καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ συκοφαντίας αὐτοῦ κατέγνωτε, καὶ ὤφλησεν ὑμῖν μυρίας δραχμάς· ὥστε τούτῳ μὲν κακῶς ὑπὸ ὑμῶν ἁπάντων μεμαρτύρηται. Γυναῖκας τοίνυν τῶν πολιτῶν βιαίως ὢν μοιχεύειν καὶ ἀφθείρειν ἐλευθέρας ἀπεχείρησε, καὶ ἐλήφθη μοιχός· καὶ τούτου θάνατος ἡ ζημία ἐστίν. Ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, μάρτυρας καλεῖ.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ἦσαν τοίνυν οὗτοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, τέτταρες ἀδελφοί. Τούτων εἷς μὲν ὁ πρεσβύτερος ἐν Σικελίᾳ ἀδαφρυκτωρευόμενος τοῖς πολεμίοις ληφθεὶς ὑπὸ Λαμάχου, ἀπετυμπανίσθη· ὁ δὲ ἕτερος εἰς Κόρινθον μὲν ἐντεῦθεν ἀνδράποδον ἐξήγαγεν· ἐκεῖθεν δὲ παιδίσκην αὐτὸς ἐξαγαγὼν

[l. 7.] Ἀπέγραφεν, Ald. ἐπέγραφεν.

TESTES.

Quot igitur, judices, quàm prava & flagitiosa ab isto & istius fratribus ex vitæ ratione perpetrata sunt, operosum esset dicere: de calumniis autem quas vel in privatis judiciis, vel in publicis accusationibus, vel in delationibus faciendis, exercuit, nihil opus est singulatìm loqui; vos enim omnes summatìm & apud populum & apud tribunal, calumniarum eum condemnastis, & decem mille drachmis mulctatus est. Vestro itaque omnium testimonio opprimitur. Atqui, talis quum sit, civium uxores liberas stuprare & vitiare instituit, & in ipso adulterio est deprehensus; cui facinori mors pœna à legibus præscribitur. Quòd autem vera proferam, testes voca.

TESTES.

Erant igitur isti, judices, fratres quatuor; quorum natu maximus in Siciliâ à Lamacho deprehensus hostibus indicium per accensos ignes fecisse, fustuario punitus est. Alius hinc Corinthum abduxit mancipium; qui quum exindè puellam

---

[l. 10.] Τούτῳ μὴν, hîc μὴν non habet δὲ insequens, sed non usitatum est apud scriptores græcos.

[l. 14.] Codd. B & Sang. ζημία ut vulg. Ald. ζωὴ μία.

[l. 22.] Post ἐξήγαγεν subaudi aliqua in hunc fermè sensum, & tunc mortem effugit.

ἁλίσκε), καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ δεδεμένῳ ἀπέθανε. Τὸν δὲ τρίτον Φαινιππίδης ἐνθένδε λωποδύτην ἀπήγαγε· καὶ ὑμεῖς κρίναντες αὐτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, καὶ καταγνόντες αὐτῷ θάνατον, ὑποτυμπάνισαι παρέδοτε. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, καὶ αὐτὸν οἶμαι ὁμολογήσειν τοῦτον, καὶ μάρτυρας παρεξόμεθα.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Πῶς οὖν οὐχ ἅπασι φορτικὴ ὑμῖν τούτου καταψηφίζεσθαι; Εἰ γὰρ τούτων ἕκαστος δι' ἓν ἁμάρτημα θανάτου ἠξιώθη, ἤτοι, τούτου γε, πολλὰ ἐξημαρτηκότος καὶ δημοσίᾳ εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἰδίᾳ εἰς ἕκαστον ὑμῶν, ὧν ἑκάστου ἁμαρτήματος ἐν τοῖς νόμοις θάνατος ἡ ζημία ἐστὶ, δεῖ ὑμᾶς σφόδρα θάνατον αὐτὸν καταψηφίσασθαι.

Λέξει δ', ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς πειράσει, ὡς ὅτι τὸν Τέτρακοσίων Φρύνιχον ἀπέκτεινε, καὶ ἀντὶ τούτου φησὶν αὐτὸν Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ποιήσασθαι· ψευδόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί. Οὔτε γὰρ Φρύνιχον ἀπέκτεινεν, οὔτε Ἀθηναῖον αὐτὸν ὁ δῆμος ἐποιήσατο. Φρυνίχῳ γὰρ,

---

[l. 2.] Φαινιππίδης, vulg. Φαινιππίδην. Dein ἐνθένδε, hinc, i. e. è concione vestrâ in quâ nunc ego sum.

[l. 11.] Vulg. ὑπὸ τοῦ γε, legi juxtà Reiskium, ἤτοι, τούτου γε. Τούτου in genitivo absoluto, nisi mavis construere cum καταψηφίσασθαι quod sequitur, & tunc

ſervam abduxiſſet, comprehenditur & in vinculis moritur. Tertium Phenippides reum furti ſiſtebat; & vos quæſtione in tribunali habitâ, capite damnatum fuſtuario puniendum tradidiſtis. Hæc ità ſe habere & ipſum arbitror non inficias iturum, & teſtes producam.

TESTES.

Quî igitur non à vobis omnibus iſte debet condemnari? Nam ſi fratrum ipſius unuſquisque unam ob noxam capite mulctatus fuit, iſtum certè qui commiſit plurima cùm publicè in civitatem, tùm privatìm in unumquemque veſtrûm, quorum unumquodque facinus legibus morte punitur, vos omninò decet capite damnare.

II. 1°. Dicet autem, judices, & vos decipere ſataget, quòd ſub quadringentis viris Phrynichum interfecerit, & hujus rei gratiâ civitate donatus fuerit à populo Athenienſi. In utroque mentitur, judices; neque enim Phrynichum interfecit, neque ipſum populus civitate donavit. Namque Phryni-

---

αὐτῷ abundabit.

[l. 13.] Codd. B & Sang. habent quoque ἁμαρτήμαλος, Ald. ἁμαρτήσαν]ος.

[l. 16.] Vulg. λέξαι, accepi λέξει ex Codd. B, Sang. & Vindob.

[l. 18, 20 & 21.] Ἀθηναῖον, codd. Vindob. & Sang. habent Ἀθηναίων, non certè malè, ſed malui ſervare Ἀθηναῖον.

ὦ ἄνδρες δικαστά, κοινῇ Θρασύβουλός τε ὁ Καλυδώνιος καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς ἐπεβούλευσαν· ἐπειδὴ δὲ ἐπετυχέτην αὐτῷ βαδίζοντι, ὁ μὲν Θρασύβουλος τύπτει τὸν Φρύνιχον, καὶ κατα-
5 βάλλει πατάξας· ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος οὐχ ἥψατο, ἀλλὰ τούτῳ κραυγὴ γίνεται, καὶ ᾤχοντο φεύγοντες. Ἀγόρατος δὲ οὗτοσὶ οὔτε παρεπλήσθη, οὔτε παρεγένετο, οὔτε οἶδε τοῦ πράγματος οὐδέν. Ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, αὐτὸ ὑμῖν τὸ ψήφισμα δηλώσει.

10 ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ὅτι μὲν οὐκ ἀπέκτανε Φρύνιχον, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ψηφίσματος δῆλον. Οὐδαμοῦ γὰρ ὄνομα, Ἀγόρατον Ἀθηναῖον εἶναι, ὥσπερ Θρασύβουλον καὶ Ἀπολλόδωρον. Καίτοι, εἴπερ ἀπέκτανε Φρύνιχον, ἔδει
15 αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ, ἵνα περ Θρασύβουλος καὶ Ἀπολλόδωρος, Ἀθηναῖον πεποιημένον γεγράφθαι. Τὰ μέντοι ὀνόματα πολλοὶ διαπεράτουσι σφῶν αὐτῶν, ὄντες ἀργύριον τῷ ῥήτορι, πρεσγραφῆναι εἰς τὴν στήλην, ὡς εὐεργετῶν ὄντων. Καὶ
20 ὡς ἀληθῆ λέγω, τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐλέγξει.

[l. 6.] Τούτῳ, nempè, Phrynico. Et hanc phraseos partem sic interpretor, sed à Phrynico clamor tollitur.

[l. 7.] Ἀγόραιος δὲ, vulg. Ἀγόρατός τε.

[l. 15, 16, 17, 18, 19 & 20.] Vulg. habet, ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ ἵνατερ Θρασύβουλον καὶ Ἀπολλόδωρον, Ἀθηναῖον πεποιημένον. Τὰ μέντοι ὀνόματα διαπράτουται

cho, judices, Thrasybulus Calydonius & Apollodorus Megarensis unà insidias struxere. Cui deambulanti quum obviàm facti essent, Thrasybulus quidem hominem ictu prosternit, Apollodorus verò non attigit; sed hoc clamante in fugam se ambo conjiciunt. Agoratus autem neque in facinoris societatem assumptus est, neque unà adfuit, neque quidquam de eâ re scivit. Hæc autem vera esse, ipsum vobis decretum ostendet.

DECRETUM.

Istum itaque non occidisse Phrynichum ex decreto constat. Nusquam enim in eo legitur Agoratum civitate donatum esse, quemadmodum Thrasybulum & Apollodorum. Porrò si Phrynichum occidisset, ipsum oportuit in eâdem columnâ, quâ Thrasybulus & Apollodorus, inscriptum esse factum Athenienſem. Atqui tamen multi, oratoribus pecuniâ delinitis, id peregerunt ut in columnâ inscriberentur tanquam de republicâ benè meriti. Hæc vera esse, idem arguet decretum mox recitatum.

σφῶν αὐτῶν, δόντες ἀργύριον τῷ ῥήτορι, προσγραφῆναι εἰς τὴν ςήλην ὡς εὐεργέτας ὄντας. Καὶ ὡς ἀληθῆ. Quod ut valdè corruptum emendavi. Pro ἐν τῇ αὐτῇ cod. B legit ἐν τῇ αὐτῇ, idemque pro διαφράττονται legit διαφράττοντες, & δόντων pro δόντες.

[l. 20.] Pro τοῦτο τὸ ψήφισμα velim legi τὸ αὐτὸ ψήφισμα, arbitror enim idem esse decretum sequens ac illud quod anteà recitatum fuit.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Οὕτω μέντοι οὐκέτι πολὺ ὑμῖν καταφρονεῖ, ὥστε οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, καὶ ἐδίκαζε καὶ ἐκκλησίαζε, καὶ γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο, ὑπογρα-
5 φόμενος Ἀναγυράσιος εἶναι.

Ἔπειτα δὲ καὶ ἕτερον μέγα τεκμήριον ὡς οὐκ ἀπέκτενε Φρύνιχον, δι' ὃν Ἀθηναῖος φησὶ γεγενῆσθαι. Ὁ Φρύνιχος γὰρ οὐκέτι τοὺς Τετρακοσίους κατέστησε, ἐπειδὴ δι' ἐκεῖνος ἀπέθανε, οἱ πολλοὶ
10 τῶν Τετρακοσίων ἔφυγον. Πότερον ἂν δοκοῦσιν ὑμῖν οἱ Τριάκοντα, καὶ ἡ βουλὴ ἡ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα βουλεύουσα, οἱ αὐτοὶ ἦσαν ἅπαντες τῶν Τετρακοσίων τῶν φευγόντων, ἀφεῖναι ἂν λαβόντες τὸν Φρύνιχον ἀποκτείναντα, τιμωρήσασθαι ἂν ὑπὲρ
15 Φρυνίχου, καὶ τῆς φυγῆς ἧς αὐτοὶ ἔφυγον; Ἐγὼ μὲν οἶμαι τιμωρεῖσθαι ἄν.

Εἰ μὲν οὖν μὴ ἀποκτείνας προστοιεῖται, ἀδικεῖ, ὡς ἐγώ φημι. Εἰ δ' ἀμφισβητεῖς, καὶ φὴς Φρύνιχον ἀποκτεῖναι, δῆλον ὅτι μείζω τὸν δῆμον τῶν
20 Ἀθηναίων κακὰ ποιήσας, τὴν ὑπὲρ Φρυνίχου

[l. 3.] Ἐκκλησίαζε, vulg. ἐξεκκλησίαζε. Cod. Sang. habet quoque ἐκκλησίαζε, cod. Sang. ἐξεκλησίαζε.

[l. 4.] Γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων, intellige, accusationes publicas quæ ab homine vel adversùs hominem fieri possunt, i. e. accusationes publicas in omni genere.

[l. 5.] Ἀναγυρράσιος, nonnulli legunt Ἀναγυράσιος

DECRETUM.

Iſte autem adeò vos contemptui habet, ut, quum non fuerit civis, nihilominùs jus dixerit, concionibus interfuerit, omnia accuſationum genera inſtituerit, inſcriptus *Anagyrraſius*.

Ecce autem & aliud argumentum non leve quòd iſte Phrynichum non interfecerit, propter quem ait ſe civem eſſe factum. Phrynichus enim quadringentos viros conſtituit, atque illo extincto eorum plurimi fugerunt. Utrùm igitur videntur trigintaviri, & ſenatus qui ſub iis extitit, qui omnes erant ex numero Quadringentorum fugâ elapſorum, comprehenſum Phrynichi interfectorem abſoluturi, aut Phrynichi ſuæque fugæ pœnas repetituri? Equidem pœnas repetituros fuiſſe exiſtimo.

2°. Quare ſi profitetur ſe virum interfeciſſe, quamvis non interfecerit, iniquè agit, ſicut ego opinor. Quòd ſi etiamnum contendis Phrynichum à te eſſe interfectum, manifeſtum eſt quòd majori aliquâ calamitate populo Athenienſi illatâ, iſtius

---

cum uno ρ.

[l. 6 & 7.] Vulg. ὡς ἐκ ἂν ἀποκτείνε, delevi ἂν.

[l. 9.] Ἐκεῖνος ἀπέθανε, vulg. ἐκεῖνοι ἀπέθανον.

[l. 13.] Vulg. ἀναλαβόντες, dedi ex margine ἂν λαβόντες.

[l. 14.] Τιμωρήσασθαι ἄν. Deeſt ἂν in vulg.

αἰτίαν πρὸς τοῦ Τριάκοντα ἀπολύσω. Οὐδέπωποτε γὰρ πείσας οὐδένα ἀνθρώπων, ὡς Φρύνιχον ἀποκτείναι, ἀφείθης ἂν ὑπὸ τῶν Τριάκοντα, εἰ μὴ μέγαλα τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων καὶ ἀνήκεστα κακὰ εἰργάσω. Ἐὰν μὲν ἓν φάσκῃ Φρύνιχον ἀποκτεῖναι, τούτων μέμνησθε, καὶ τοῦτον τιμωρεῖσθε, ἀνθ' ὧν ἐποίησεν· ἐὰν δ' οὐ φάσκῃ, ἔρεσθε αὐτὸν διότι φησὶν Ἀθηναῖος ποιηθῆναι. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι, τιμωρεῖσθε αὐτὸν, ὅτι καὶ ἐδίκαζε, καὶ ἐκκλησίαζε, καὶ ἐσυκοφάντει πολλοὺς, ὡς Ἀθηναῖος τοὔνομα ἐπιγραφόμενος.

Ἀκούω δὲ αὐτὸν καὶ δεδασκολάζεσθαι ἀπολογεῖσθαι, ὡς ἐπὶ Φυλὴν τε ᾤχετο, καὶ συγκατῆλθεν ἀπὸ Φυλῆς· καὶ τοῦτο μέγιστον ἀγώνισμα εἶη. Ἐγένετο δὲ Θιοῦζον. Ἦλθεν οὖν ἐπὶ Φυλὴν (καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ἄνθρωπος μιαρώτερος, ὅστις εἰδὼς ὅτι εἰσί τινες ἐπὶ Φυλὴν τῶν ὑπὸ τούτου ἐκπεπτωκότων, ἐτόλμησεν ἐλθεῖν ὡς τούτους;) ἐπειδὴ δὲ εἶδον αὐτὸν, τάχιστα συλλαβόντες ἄγουσιν ἄνικρυς ὡς ἀποκτενοῦντες, οὐδὲ καὶ οὗτοι ἄλλους ἀπέσφαττον, εἴ τινα λῃστὴν ἢ κακοῦργον

[l. 6.] Μέμνησθε, cod. Vindob. μνήσθητε. Mox pro διότι idem cod. ὅτι.

[l. 9 & 10.] Ἐδίκαζε καὶ ἐκκλησίαζε, vulg. ἐδίκαζετο καὶ ἐξεκκλησίαζε.

[l. 13.] Vulg. ὡς καὶ, delevi καὶ ut nimium, quod

cædis culpam à trigintaviris redemisti. Namque nemini unquam persuadere poteris, te Phrynichi percussorem à trigintaviris dimissum fuisse, nisi populum Athenienſem gravi aliquo & insigni malo affecisses. Si igitur affirmabit se Phrynichum interfecisse, id mementote, & hujus mali quod in vos patravit pœnas reposcite. Quòd si factum negaverit, interrogate undè civitate fuerit donatus; & si id commonstrare nequeat, tùm pro eo pœnas exigite quòd & jus dixerit, & concionibus interfuerit, & multos per calumnias insimulaverit, seipsum pro cive Athenienſi inscribens.

III. Audio autem & hanc quoque isti defensionem paratam esse, quòd nempè Philen venerit, & indè redierit cum ceteris; atque hoc quasi maximo causæ firmamento usurum. Res autem fuit hujusmodi. Venit iste Phylen (atqui quomodo vir posset nequior esse, quàm is qui, quum sciret esse ad Phylen eorum nonnullos qui per ipsum patriâ exciderunt, in horum tamen conspectum venire sustinuit?): at ubi eum sunt conspicati, continuò comprehensum eò palàm adducunt ad supplicium, ubi alios supplicio afficere solebant, si quem aut furem aut maleficum comprehendis-

---

etiam abest à codd. B, Sang. & Vindob.

[l. 18.] Ὡς τούτους, cod. Vindob. ἐπὶ τούτους.

συλλάβοιεν. Στρατηγῶν δὲ Ἄνυτος ὅτι Φυλὴν, οὐκ ἔφη χρῆναι ποιεῖν αὐτοὺς ταῦτα, λέγων ὅτι οὔπω οὕτω χρηκέοιντο, ὥστε λιμωρεῖσθαί τινας τῶν ἐχθρῶν. Ἀλλὰ νῦν μὲν δεῖν αὐτοὺς ἡσυχίαν ἄγειν, εἰ δέ ποτε οἴκαδε κατέλθοιεν, τότε καὶ λιμωρήσοιντο οὐ ἀδικοῦντας. Ταῦτα λέγων, αἴτιος ἐγένετο τοῦ ὑποφυγεῖν τοὺς ὅτι Φυλήν. Ἀνάγκη δὴ ἦν στρατηγοῦ ἀνδρὸς ἀκροᾶσθαι, εἴτε ἔμελλον σωθήσεσθαι. Ἀλλ᾽ ἕτερόν τι ἐποιήσαν· οὔτε γὰρ συστήσας τούτῳ οὐδεὶς φανήσεται, οὔτε σύσκηνος γιγόμενος, οὔτε ταξίαρχος εἰς τὴν Φυλὴν κατατάξας, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἀλιτηρίῳ, οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτῷ διελέγετο. Καί μοι κάλει τὸν ταξίαρχον.

ΜΑΡΤΥΣ.

Ἐπειδὴ δὲ χρηλλαγαὶ πρὸς ἀλλήλους ἐγένοντο, καὶ ἔπεμψαν οἱ πολῖται ἐκ Πειραιῶς τὴν πομπὴν εἰς πόλιν, ἡγεῖτο μὲν Αἴσιμος τῶν πολιτῶν, ὅστις δὴ οὕτω τολμηρὸς καὶ ἐκεῖ ἐγένετο·

[l. 8.] Ald. τοῦ στρατηγοῦ, cod. B non habet τοῦ.

[l. 9.] Cod. B habet quoque σωθήσεσθαι, Ald. & cod. Sang. συνθήσεσθαι.

[Ibid.] Vulg. ἀλλ᾽ ἕτερον, sine τὶ ἐποιήσαν quod addidi. Sed aliud quid fecerunt, i. e. aliud ipsi pœnæ genus inflixerunt.

sent.

ſent. Verùm Anytus qui ad Phylen imperabat, negavit hæc ità fieri oportere, quòd nondùm eâ conditione eſſent ut pœnas repeterent ab inimicis; ſed nunc ipſis quietem agendam eſſe: quòd ſi quandò domum eſſent reverſuri, tunc integrum eſſet de nefariorum hominum capite ſtatuere. Hæc illius oratio iſti ſalutis ad Phylen cauſa fuit: namque oportebat milites imperatoris conſilio obtemperare, ſi ſalvi eſſe vellent. Sed aliud huic pœnæ genus inflixerunt. Nullus enim viſus eſt qui unà cum eo cibum caperet, nullus qui ſub eodem habitaret tabernaculo, neque eumdem *Taxiarchus* ulli ordini adſcripſit; verùm unuſquisque eum tanquam piaculum averſabatur. Et mihi voca *Taxiarchum.*

TESTIS.

Poſteaquam autem urbanos inter & Piræenſes inita ſunt conventa, & cives ex Piræo apparatè in urbem perrexerunt, ipſorum duce Æſimo, iſte ibi quoque audaciam exprompſit ſuam. Sumptis enim

---

[l. 11.] Vulg. dat Φυλὴν cum majori litterâ. Eſt hîc φυλὴ idem fermè quod τάξις, ordo militum, gallicè, une compagnie.

[l. 16.] Ἐπειδὴ δὲ, abeſt δὲ ab Aldo.

[l. 19.] Καὶ ἐκεῖ, vulg. ὁ ἐκεῖνος. Cod. Brulart. etiam ὁ ἐκεῖ.

συνηκολούθει γὰρ, λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ συνέπεμπε τὴν πομπὴν μετὰ τῶν πολιτῶν πρὸς τὸ ἄστυ. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς ταῖς πυλαῖς ἦσαν, καὶ ἔθεντο τὰ ὅπλα, πρὶν εἰσιέναι εἰς τὸ ἄστυ, ὁ μὲν Αἴσιμος ἀφανὴς· καὶ προσελθὼν, τήν τε ἀσπίδα αὐτοῦ λαβὼν ἔρριψε, καὶ ἀπιέναι ἐκέλευσεν ἐς κόρακας ἐκ τῆς πολιτῶν· ὁ γὰρ ἔφη δεῖν ἀνδροφόνον αὐτὸν ὄντα συμπέμπειν τὴν πομπὴν τῇ Ἀθηνᾷ. Τούτῳ τῷ ῥόπῳ ὑπὸ Αἰσίμου ἀπηλάθη. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Τούτῳ τῷ ῥόπῳ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ ὅτε Φυλὴν καὶ ἐν Πειραιεῖ πρὸς τοὺς πολίτας διέκειτο. Οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ διελέγετο, ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι· οὔτε μὴν ἀποθανεῖν Ἄνυτος ἐγένετο αὐτῷ αἴτιος. Ἐὰν δὲ τῇ ὅτε Φυλὴν ὁδῷ ἀπολογίᾳ χρῆται, ὑπολαμβάνειν χρὴ, εἰ Ἄνυτος αὐτῷ ἐγένετο αἴτιος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἑτέρων ἑτοίμων ὄντων τιμωρεῖσθαι, καὶ ἔρριψεν αὐτοῦ Αἴσιμος τὴν ἀσπίδα, καὶ οὐκ εἴα μετὰ τῶν πολιτῶν πέμπειν τὴν πομπὴν, καὶ εἴ τις αὐτὸν ταξίαρχος εἰς τάξιν τινὰ κατέτασσεν.

[l. 3.] Πυλαῖς, vulg. φυλαῖς.
[l. 4.] Cod. Vindob. ὁ μὲν γὰρ Αἴσιμος.
[l. 13.] Πολίτας. Vulg. ὁπλίτας. Ceterùm διεκεῖτο

armis, ceteris ſe adjunxit, & unà cum civibus pompam ad urbem comitabatur. Ubi verò jam portis appropinquabant, atque arma poſuere priuſquam urbem intrarent, ſenſit Æſimus, hominemque accedens, ſcutum arreptum projecit, & eum in malam rem abire juſſit ex civibus: neque enim dixit oportere homicidam in pompâ ire cum ceteris Minervæ ſacrificaturum. Hoc pacto ab Æſimo repulſus eſt. Hæc vera eſſe ut conſtet voca mihi teſtes.

TESTES.

Ità ergà iſtum, judices, & ad Phylen & in Piræo ſe cives habuere. Cum eo enim, utpote homicida, nemo ſermonem conferebat; quòd verò mortem effugerit, in causâ fuit Anytus. Itaque ſi profectione ad Phylen ſe defendere ſataget, hæc ei ſubjicere mementote, utrùm ſcilicet Anytus eum à capitali ſupplicio liberaverit, quum ceteri parati eſſent ad pœnas repetendas; utrùm Æſimus ejus ſcutum projecerit, eumque non ſiverit in pompâ pergere cum civibus; utrùm denique *Taxiarchus* ipſum alicui ordini adſcripſerit.

πρὸς τοὺς πολίτας eſt enallage pro οἱ πολῖται πρὸς αὐτὸν διεκεῖντο.

[l. 17.] Ὑπολάμβανειν hîc idem eſt ac ὑποβάλλειν occurrere interrogando.

[l. 18.] Αἴτιος τοῦ, ἑτέρων ἑτοίμων. Deſunt in Vulg. τοῦ & ἑτέρων.

Μήτε ἓν ταῦτα αὐτὸ ὑποδέχεσθε, μήτε ἂν λέγῃ ὅτι πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τιμωρούμεθα. Οὐ γὰρ οἶμαι ἀδεμίαν τῶν τοιούτων ἀδικημάτων τεθεσμίαν εἶναι· ἀλλ' εἴτ' αὐθὺς, εἴτε χρόνῳ τὶς τιμωρεῖται, τοῦτον δεῖν ὑποδεικνύναι ὡς ὑπ' ἐκείνου τοῦ ὧν ὅτι ἡ αἰτία. Οὗτος τοίνυν τοῦτο ἀποφαινέτω, ἢ ὡς οὐκ ἀπέκτεινεν ἐκεῖνος, ἢ ὡς δικαίως, κακόν τι ποιοῦντας τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. Εἰ γὰρ, πάλαι δέον τιμωρεῖσθαι, ὕστερον ἡμεῖς τιμωρούμεθα, τὸν χρόνον κερδαίνει ὃν ἔζη ὑπ' ἐκείνου τεθνηκόσιν. οἱ δὲ ἄνδρες ὑπὸ τούτου οὐδὲν ἧττον τεθνήκασιν.

Ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ διϊσχυρίζεσθαι ὅτι ἐπ' αὐτοφώρῳ τῇ ἀπαγωγῇ ὑπηγόρευσαι· πάντων, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ὑπηδέστατον· ὡς, εἰ μὴ τὸ ἐπ'

[l. 2.] Τιμωρέμεθα, cod. Vindob. τιμωρεῖμαι.

[l. 4.] Post ἀλλ' vulg. habet ἐγὼ μὴν οἶμαι, quæ recidi ut vitiosè abundantia.

[l. 4 & 5.] Τὶς τιμωρεῖται, post τὶς velim adjici τίνα, ità ut τοῦτον quod sequitur, non referatur ad Agoratum, sed ad quemvis reum.

[l. 10.] Ἔζη, Ald. ἔξει.

[l. 12.] Vulg. οὐδὲ ἧττον, assumpsi οὐδὲν ἧττον ex codd. B, Sang. & Vindob.

[l. 13 & 14.] Ἐπ' αὐτοφώρῳ, dicitur de eo qui in

IV. 1°. Non igitur istas defensiones admittite, nequ? si dicat longo tempore post nos pœnas reposcere. Neque enim arbitror esse istis criminibus vindicandis ullum tempus constitutum; at sive quis extemplò, sive seriùs pœnas sumat, reo cuivis omninò hoc esse demonstrandum, se utique ea non perpetrasse quorum reus sistitur. Hoc igitur iste ostendat, aut quòd illos viros non occiderit, aut quòd occiderit jure malè de populo Athenienſi meritos. Quòd si seriùs pœnas reposcamus quæ olìm debitæ erant, tantùm ætatis lucrefecit quo vixit præter ipsius meritum: illi autem viri nihilominùs ab ipso sunt interfecti.

2°. Audio autem istum hâc re niti maximè, quòd in libello accusatorio legantur ea verba ἐπ' αὐτοφώρῳ; id quod est, ut opinor, omnium absur-

---

manifesto scelere deprehenditur: gallicè, pris en flagrant delit.

[l. 14.] Appellatur hîc ἀπαγωγὴ, libellus accusatorius ab actore judici exhibitus contrà Agoratum, ut iste posset statìm ἀπάγεσθαι in carcerem duci; quo in libello formula usurpata fuerat ἐπ' αὐτοφώρῳ. Pro ἀπαγωγὴ Codd. B, Sang. Vindob. & Ald. habent ἐπαγωγῇ malè.

[Ibid.] Ἐπιγέγραπται, cod. Vindob. ἐπέγραψας.

[14 & 15.] Πάντων, ὡς ἐγὼ οἶμαι, εὐηθέστατον, addidi ὡς, & in mente ità suppleo ad sensum, ὁ πάντων ἔστι, ὡς ἐγώ....

αὐτοφώρῳ μὴ προσεγέγραπτο, ἔνοχος ὢν τῇ ἀπαγωγῇ· διότι ᾗ τοῦτο προσεγέγραπται, οὐκ ἔνοχος ὤν. Ταύτῃ μὲν ῥαστώνην τινὰ οἴεται αὐτῷ εἶναι, τοῦτο ᾗ οὐδενὶ ἄλλῳ ἔοικεν, ὁμολογεῖν ἀποκτεῖναι, μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ ᾗ, καὶ πρὸς τούτου διϊσχυριζεσθαι, ὥσπερ, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ μοῦ, ἀπέκτεινε ᾗ, τούτου ἕνεκα δέον αὐτὸν σώζεσθαι. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ Ἕνδεκα, οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οὐκ ὀίομενοι Ἀγορατῷ συμπράττειν τότε, ἀλλὰ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν, ἀναπήζοντες προσγράφεσθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπειδήπερ Ἀγόρατος πρῶτον μὲν, ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας, τίνας ἀποκτείνειε, καὶ αἵτιος γένοιτο τοῦ θανάτου. Οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον οἴονται ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐάν τις ξύλῳ ἢ μαχαίρᾳ πατάξας καταβάλῃ. Ἐπεὶ ἐκ

[l. 1 & 2.] Cod. Sang. quoque ἀπαγωγῇ, codd. B, Vindob. & Ald. ἐπαγωγῇ.

[l. 2, 12 & 13.] Vulg. dat, προσγέγραπται ἔνοχος ὢν, ῥαστώνην τινὰ οἴεται αὐτῷ εἶναι. Τοῦτο ᾗ οὐδενὶ ἄλλῳ ἔοικεν, ἢ ὁμολογεῖν ἀποκτεῖναι, μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ δέ. Καὶ πρὸς τούτου διϊσχυρίζεσθαι, ὥσπερ, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ μοῦ, ἀπέκτεινε δὲ, τούτου ἕνεκα δέον αὐτὸν σώζεσθαι. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ Ἕνδεκα οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπα-

diſſimum : quaſi nempè accuſatione ipſe teneretur ſi ea verba non addita fuiſſent, non teneatur autem quia addita ſunt. Hoc quidem ſibi levamen reperiſſe exiſtimat; ſed id ſingularis eſt dementiæ, fateri ſcilicet ſe fuiſſe homicidam, & de hoc contendere, quòd, ſi homicidium perpetraverit, non tamen ἐπ' αὐτοφώρῳ, idcircò ſibi condonari oporteret. Verùm mihi videntur undecimviri qui libellum hunc accuſatorium recepere, non putaſſe tunc ſe pro Agorato agere, ſed illud contendiſſe vehementer ut Dionyſium adducerent ad libellum ſuum rectè conſcribendum, cogentes adſcribere ea verba ἐπ' αὐτοφώρῳ; quandoquidem Agoratus primùm coràm quingentis in ſenatu, deindè coràm univerſis Athenienſibus in concione, ipſe deferens viros occiderit innoxios. Non enim certè hoc ſolummodò putant eſſe ἐπ' αὐτοφώρῳ, ſi quis vel fuſte vel ferro aliquem percuſſum humi proſtraverit *multis præſentibus*. Nam ex tuâ interpre-

---

γωγὴν ταύτην, οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε, ἐν δυσχερείᾳ ὄντες σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες, προσγράψαθαι τότε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ. Πρῶτον μέν.... Hunc locum valdè intricatum & obſcurum, quantùm in me fuit, expedivi & elucidavi. Codd. B & Sang. habent ἀπαγώγην ut in vulg. Cod. Vindob. & Ald. ἐπαγώγην.

[l. 17.] Οἴονται, vulg. οἴεται.

γε τοῦ σοῦ λόγου οὐδεὶς φανήσεται ἀποκτείνας τοὺς ἄνδρας οὓς σὺ ἀπέγραψας. Οὔτε γὰρ ἐπάταξεν αὐτοὺς οὐδεὶς, οὔτε ἀπέσφαξεν· ἀλλ' ἀναιρεθέντες ὑπὸ τῆς σῆς ἀπογραφῆς ἀπέθανον. Οὐκοῦν
5 αἴτιος οὐ θανάτου οὗτος ἐστὶ αὐτόφωρος ὄντι. Τίς οὖν ἄλλος αἴτιος, ἢ σὺ, ἀπογράψας; Ὅστε πῶς οὐκ ἐστὶ αὐτόφωρος σὺ εἶ ὁ ἀποκτείνας;

Πιστεύομαι δ' αὐτὸν ὡς μὲν τοῦ ὅρκων ὡς μὲν τοῦ συνθηκῶν μέλλειν λέγειν, ὡς τοῦδε τοῦ
10 ὅρκους ὡς τὰς συνθήκας ἀγωνίζεται, ἃς συνεθέμεθα πρὸς αὐτὸν ἐν ἄστει οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ. Σχεδὸν μὲν οὖν τούτοις ἰσχυριζόμενος, ὁμολογεῖ ἀνδροφόνος εἶναι. Ἐμποδὼν γοῦν ἢ ὅρκος, ἢ συνθήκας, ἢ χρόνον, ἢ ἐπ' αὐτόφωρος τὶ ποιεῖται, ἀπτῷ ἢ
15 τῷ πράγματι οὔ τοι πιστεύει καλῶς ἀγωνιεῖσθαι. Ὑμῖν δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐ προσήκει περὶ τούτων ἀποδέχεσθαι· ἀλλ' ὡς οὐκ ἀπέγραψεν, οὐδὲ οἱ ἄνδρες τεθνᾶσι, περὶ τούτων κελεύετε αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι. Ἐπὶ αὐτὸν ὅρκους ὡς τὰς συν-
20 θήκας οὐδὲν ἡγούμεθα προσήκειν ἡμῖν πρὸς τοῦτον.

[l. 4.] Ἀπέθανον, ſub. τὸ κώνειον πιόντες.

[l. 4, 5 & 6.] Vulg. οὐκοῦν, dedi οὖκουν, non igitur. Hîc ſupponitur aliquis pro Agorato inſtans & objiciens. Τίς οὖν ἄλλος quod ſubſequitur eſt reſponſio.

[l. 14.] Τὶ ποιεῖται. Hîc τὶ vacat ut ſæpiùs alibi.

Σκέψασθαι δὲ χρὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, διὰ τί ἄν τις βιώτων ἀνδρῶν φείσαιτο· πότερον, ὡς πρὸς μὲ τὴν πόλιν δεδυσυχήκασιν, ἄλλως ἢ κόσμιοί εἰσι, καὶ σωφρόνως βεβιώκασιν; οὐχ οἱ μὲν πολλοὶ αὐτῶν ἠπαρήκασιν, οἱ δ' ἀδελφαῖς συγγεγόνασι; τοῖς δ' ἐκ θυγατέρων παῖδες γεγόνασιν; οἱ ἢ μυστήρια πεποιήκασι, καὶ τοὺς Ἑρμᾶς προκεκόφασι, καὶ πρὸς πάντας οὗτοι θεοὺς ἠσεβήκασι; καὶ εἰς ἅπασαν τὴν πόλιν ἡμάρτηκασιν, ἀδίκως καὶ παρανόμως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διακείμενοι, καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτευόμενοι; οὐδεμιᾶς τόλμης ἀπεχόμενοι, οὐδενὸς ἔργου δεινοῦ ἀπέχοι γεγυμνασμένοι, ἀλλ' αὐτοὶ ἅπαντα καὶ πεποιήκασι καὶ πεπόνθασι; οὔπω γὰρ λελάκεινται ὥστε ὅτι μὲ τοῖς καλοῖς αἰσχύνεται, ὅτι δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμεῖται.

Καὶ μὴν δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἤδη τινῶν ἀπεψηφίσασθε, ἀδικεῖν μὲν νομίσαντες, οἰομένοι δ' εἰς τὸ λοιπὸν χρησίμους ὑμῖν ἔσεσθαι. Τίς

[l. 15.] Admisi ex margine οὐδενὸς pro οὐδὲ in vulg.

[l. 16 & 17.] Vulg. habet, ἀλλ' ἅτε πεπόνθασιν ἀπάντα, ἃ πεποιήκασι καὶ πεπόνθασι. Cod. Brulart. legit,

reputantes, condemnare, neque misericordiam, neque veniam, neque ullam omninò gratiam sinere apud vos plus valere quàm leges quæ latæ sunt, & jusjurandum quod præstitistis.

ORATIONIS CONCLUSIO.

1°. Reputate autem, judices, quânam de causâ istiusmodi viris aliquis parcat: utrúmne quòd in reipublicâ infeliciter se gesserint, aliàs verò honestè vixerint & moderatè? nonne eorum multi turpissimis se fœdârunt libidinibus? nonne alii cum sororibus consueverunt; alii ex filiabus prolem susceperunt; alii mysteria celebrârunt, & Hermas mutilârunt, & in omnes deos impiè, atque in universam civitatem nefariè egerunt, viventes cum omni & ergà ceteros & ergà seipsos, injuriâ & insolentiâ, à nullâ temeritate alieni, à nullo facinore abstinentes, sed qui omnia omninò & passi sunt & fecerunt? ità enim sunt comparati ut rerum honestarum eos pudeat & inhonestis glorientur.

2°. Ac nonnullos jam absolvistis, judices, quos habebatis quidem pro fontibus, putabatis autem strenuos cives posthac futuros. At quænam spes ut

---

ἀλλ' ἅτε πεπόνθασιν ἀπάντα, αὐτὰ πεποιήκασι, sine ἃ πεπόνθασι.

ἢν ἐλπὶς ὑπὸ τούτου τὶ ἀγαθὸν πείσεσθαι τὴν πόλιν, ὃν ὑμεῖς, ὅτι μὴ οὐδενὸς ἄξιός ἐστιν, ἐπειδὰν ἀπολογῆται, εἴσεσθε· ὅτι δὲ πονηρός ἐστιν, ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἐπίσασθε.
5 Ἀλλὰ μὲν δὴ οὐδ' ἂν ἐξελθὼν ἐκ τῆς πόλεως οὐδὲν δύναιτο κακὸν ὑμᾶς ἐργάσασθαι, δειλὸς ὢν καὶ πένης, καὶ πεφάσθαι ἀδύνατος, καὶ τοῖς οἰκείοις διάφορος, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων μισούμενος. Ὥστ' οὐδὲ τούτων ἕνεκα αὐτὸν ἄξιον φυ-
10 λάττεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παράδειγμα ποιῆσαι καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῖς τούτου φίλοις, οἳ τὰ μὲν πεπραγμένα ποιεῖν οὐκ ἐθέλουσι, τοιούτων δ' ἔργων ἐπιθυμοῦσι, καὶ περὶ τῶν σφετέρων αὐτῶν κακῶς βουλευόμενοι, περὶ τῶν ὑμετέρων
15 δημηγοροῦσιν.

Ἐγὼ μὲν οὖν ὡς ἐδυνάμην ἄριστα κατηγόρηκα· ἐπίσαμαι δ' ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἀκροωμένων θαυμάζουσιν ὅπως ποθ' οὕτως ἀκριβῶς ἐδυνήθην ἐξευρεῖν τὰ τούτων ἁμαρτήματα· οἶδε δέ μου
20 καταγελᾷ ὅτι οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος εἴρηκα τῶν τούτοις ὑπαρχόντων κακῶν. Ὑμεῖς οὖν καὶ τὰ εἰρημένα καὶ τὰ παραλελειμμένα ἀναλογισάμενοι, πολὺ μᾶλλον αὐτὸν καταψηφίσασθε· ἐνθυμη-

---

[l. 4.] Pro ἐπίσασθε vulg. dat εἴσεσθε, certè malè.

iſte aliquandò de republicâ benè mereatur, quem vos, ubi cauſam dixerit, hominem nullius pretii eſſe reperietis, improbum ex ceteris vitæ ſtudiis cognoſcitis? Sed neque patriâ expulſus quidquam mali poterit vobis inferre, timidus, inops, ad gerendas res imbellis, cum propinquis inimicitias exercens, ceteris exoſus. Quapropter neque idcircò dignus eſt iſte à quo caveatis, ſed multò potiùs in exemplum producendus, cùm aliis, tùm ipſius amicis, qui & imperata recuſant exequi, & ſimilia facinora concupiſcunt, quique, ubi ſuis rebus peſſimè conſuluerint, de veſtris concionantur.

3°. Ego igitur quàm potui optimè accuſavi. Non ignoro hos quidem auditores mirari quo pacto potuerim iſtorum flagitia tàm accuratè inveſtigare; iſtum autem mihi irridere quod neque multeſimam ipſorum nequitiæ partem perſecutus fuerim. Vos itaque & ea quæ dixi & ea quæ prætermiſi cogitantes, reum exindè multò magis con-

---

[l. 12.] Προςλατλόμενα, cod. Vindob. πρατλόμενα.

[l. 18.] Ἐδυνήθην, idem cod. ἠδυνήθην.

θέντες ὅτι ἔνοχος μέν ἐστι τῇ γραφῇ, μεγάλη δὲ δυτυχία τῇ πόλει, τὸ τοιούτων πολιτῶν ἀπαλλαγῆναι. Ἀνάγνωθι δὲ αὐτοῖς τοὺς νόμους, καὶ τοὺς ὅρκους, καὶ τὴν γραφήν· καὶ τούτων μεμνημένοι ψηφίσονται τὰ δίκαια.

ΝΟΜΟΙ. ΟΡΚΟΙ. ΓΡΑΦΗ.

QUAMVIS duarum contrà Alcibiadem orationum diversi sint tituli, tamen hæc altera oratio de eâdem re agit ac prior, quia nempè hîc λειποταξίου & ἀστρατείας unus idemque est titulus. Quum strategi judicibus supplicarent pro Alci-

---

ΚΑΤΑ ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ,

ΑΣΤΡΑΤΕΙΑΣ.

ΕΓΩ μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ ὑμᾶς αἰτοῦμαι τὰ δίκαια ψηφίσασθαι, καὶ τῶν στρατηγῶν δέομαι, ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ἀρχῇ πολλοῦ ἄξιοι τῇ πόλει γεγόνασι, καὶ περὶ τῶν τῆς ἀστρατείας γραφῶν

[l. 1 & 2.] Vulg. μεγάλη δ' εὐτυχία, τοῦ τοιούτων πολιτῶν ἀπαλλαγῆναι, πόλει, pravo scilicet verborum ordine.

demnate; rati ſcilicet iſtum crimine teneri, ac benè agi cum republicâ ſi ab iſtiuſmodi civibus liberetur. Judicibus recita leges, jusjurandum, & libellum accuſatorium: quorum memores juſta & æqua decernent.

Leges. Jusjurandum. Libellus accuſatorius.

---

biade, dicerentque ſe ipſi permiſiſſe ut ad equitatum tranſiret, idem accuſator 1°. oſtendit quam iniqua ſit & legibus contraria ſtrategorum ratio; 2°. negat ipſos permiſiſſe Alcibiadi ut ad equitatum tranſiret; 3°. hortatur judices ut reum ſeverè plectant, advocatorum nullâ habitâ ratione.

CONTRA ALCIBIADEM,

OB DESERTAM MILITIAM.

1°. EQUIDEM, judices, & vos oro ut quæ juſta ſint decernatis, & ſtrategos rogo, ut, quum in ceteris officii partibus utilem reipublicæ operam præſtiterint, ubi agitur de deſertâ militiâ, ſe cùm

---

[l. 6.] Addidi titulos νόμοι, ὅρκοι, γραφὴ, qui deſunt in vulgatâ.

[l. 12.] Pro ἀςραλείας cod. Vindob. ſemper legit ἀςρατίας.

κοινοὺς εἶναι τοῦ τε διώκοντι καὶ τοῦ φεύγοντι· καὶ μὴ βοηθοῦντας οἷς ἂν βούλωνται, πᾶσαν προθυμίαν ἔχειν πρὸς τὸ δίκαιον ὑμᾶς ψηφίσασθαι. Ὁ μὴ ποιεῖτε ὑμεῖς, ἐνθυμούμενοι ὅτι σφόδρ' ἂν ἠγα-
5 νακτεῖτε εἰ τῇ ἡμετέρᾳ δοκιμασίᾳ οἱ θεσμοθέται ἀνάβαντες, ὑμῶν ἐδέοντο καταψηφίσασθαι· ἡγούμενοι δεινὸν εἶναι εἰ οἱ πιθέντες τὸν ἀγῶνα, καὶ τὴν ψῆφον διδόντες, προσκελεύσουσι τῶν μὲ καταψηφίζεσθαι, τῶν δὲ μή. Τί δ' ἂν αἴσχιον ἔθος ἢ δει-
10 νότερον πρᾶγμα τούτου τῇ πόλει γένοιτο, εἰ τολμήσαιμεν ἄρχων ἐν ταῖς τῶν ἐπιλήπτων δίκαις, ἀντιβολεῖν καὶ ἱκετεύειν τοὺς δικαστὰς ὅ,τι ἂν βούλωνται πραχθῆναι· ὁ ὁ πολέμαρχος, καὶ οἱ Ἕνδεκα δέησονται ἐν ταῖς δίκαις ταῖς ὑφ' ἑαυτῶν εἰσαγο-
15 μέναις, ὥσπερ καὶ νῦν; Χρὴ τοίνυν, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, ἐνθυμου-

---

[l. 1.] Κοινοὺς, vulg. κοινωνούς.

[l. 2.] Οἷς ἂν, vulg. ὡς ἄν. Deindè pro βούλωνται, Ald. βούλονται.

[l. 3 & 4.] Vulg. ψηφίσασθαι· ἐνθυμουμένους. Hîc certè desunt aliqua quæ supplevi ut legitur.

[l. 5.] Ἡμετέρᾳ, vulg. ὑμετέρᾳ.

[l. 8.] Vulg. διαδιδόντες, dedi juxtà Reiskium simplex διδόντες. Vulgatam lectionem διαδόντες jam mutaverat Stephanus in διαδιδόντες, quod habent codd. B & Sang.

actori tùm reo æquales præbeant, neque quibus libeat opitulantes, omni ſtudio id enitantur ut vos contrà jus ſtatuatis. Quod vos ne faciatis velim, reputantes quòd indignè ferretis ſi theſmothetæ, dùm de nobis inquiſitio habetur, prodeuntes vos orarent ut condemnaretis; id iniquum eſſe rati, ut qui actionem inſtituunt, & dividunt calculos, hortentur judices ut hunc condemnent, illum abſolvant. Quænam autem turpior conſuetudo, quodnam facinus indignum magis in republicâ poſſet accidere, quàm ſi archon in pupillarum cauſis judices auderet obteſtari ut ad ipſius voluntatem res procederent; quàm ſi polemarchus & undecimviri, in actionibus quas ipſi inducunt, ſupplicent, uti nunc fieri video? Oportet igitur ut & de vobis idem ſentiatis, cogitantes quòd

---

[l. 8 & 9.] Vulg. habet τοῦ μοῦ μὴ καταψηφίζεσθαι. Τί δ' αν. . . . . Pro καταψηφίζεσθαι, Ald. καταψηφίσεσθαι.

[l. 11.] Ἐν ταῖς τοῦ, vulg. ἐμβάς.

[l. 13 & 14.] Vulg. ὁ ὁι τὰ δεήσουται, lego ſine intermiſſione ὁι Ἑνδεκα δεήσουται, quod habent codd. B & Vindob. Cod. Brulart. legit ὁι στρατηγοὶ δεήσουται. Ceterùm haud immeritò conjiciunt viri doctiores lectum fuiſſe ὁι τὰ pro ὁι ια, quod idem eſt ac diſtinctis & explicatis litteris ὁι Ἑνδεκα.

μένους ὅτι οὐδὲν μᾶλλον δείσει ὑμᾶς ἰδίᾳ τινὶ περὶ τῆς ἀστρατείας βοηθεῖν, ἢ τούτους ὑμῶν ὑπέρ τινος δεῖσθαι, αὐτοὺς τὴν ψῆφον διδόντας.

Σκέψασθε δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐὰν ἱκανὸν γένηται τεκμήριον ὅτι οὐδείς πω τῶν ἀρχόντων ἐν τῷ στρατοπέδῳ Ἀλκιβιάδῃ ἦν παρεσκευασμένος. Ἐξῆν γὰρ αὐτοῖς, εἴπερ ἀληθῆ λέγουσιν, ἀνακαλεῖν μὲ Πάμφιλον ὅτι ἀφαιρῶν τὸν ἵππον, ἱππέως ἀπεστέρει τὴν πόλιν, ὑπεβάλλειν δὲ τῷ φυλάρχῳ ὅτι ἐξελαύνων Ἀλκιβιάδην ἐκ τῆς φυλῆς, ἄκυρον ἐποίει τὴν αὐτῶν τάξιν, κελεύειν δὲ τὸν ταξίαρχον ἐξαλείφειν αὐτὸν ἐκ τῶν ὁπλιτῶν καταλόγου. Νῦν δὲ τούτων οὐδὲν ἐποίησαν, ἀλλ' ἐν μὲ τῷ στρατοπέδῳ περιεώρων αὐτὸν ὑπὸ πάντων περιπλακιζόμενον, κἂν τοῖς ἱπποτοξόταις ἱππεύοντα· ἐπιδὴ δὲ ὑμᾶς δεῖ πολλὰ τῶν ἀδικούντων δίκην λαμβάνειν, χαριζόμενοι μάρτυροῦσιν ὑφ' ἑαυτῶν αὐτὸν τετάχθαι. Καίτοι δεινὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, αὐτοὺς μὲ τοὺς στρατηγοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου χειροτονηθέντας, μὴ ἂν τολμῆσαι περί-

---

[l. 1, 2 & 3.] Vulg. ὅτι οὐδὲν δείσει ὑμᾶς ἰδίᾳ περὶ τῆς ἀστρατείας βοηθεῖν ἢ τούτους ὧν τινὰς δεῖσθαι . . . . . quod emendavi juxtà Reiskium, ut legitur. Pro τούτους Codd. B & Vindob. dant τούτου.

[l. 6.] Ἀλκιβιάδῃ παρεσκευασμένος, precibus, gratiâ, vel largitionibus, inductus ut Alcibiadem tueretur.

neque vos decebit privatìm desertæ militiæ reis patrocinari; neque hos ipsos qui calculos vobis dividunt, pro iis apud vos intercedere.

2°. Considerate autem, judices, utrùm hoc pro idoneo argumento sit habendum, ducum scilicet neminem in castris nondùm favere Alcibiadi. Illos enim oportuit, si hæc vera sint, Pamphilum in jus vocare quòd, Alcibiadis equo adempto, rempublicam equite orbaret; oportuit phylarcho mulctam irrogasse, quòd Alcibiadem ex ordine ejiciens, ipsorum dispositionem irritam faceret; oportuit taxiarcho mandasse ut è peditum numero nomen istius moveret. Jam verò nihil horum fecerunt; at in castris eum siverunt ab omnibus contumeliosè excipi, & inter equites sagittarios merere. Sed quum vos oportet pœnas reposcere à delinquentibus, ibi Alcibiadi gratificantes, testantur eum à seipsis ordini adscriptum. Atqui intolerandum est, judices, quum ipsi strategi electi à

[l. 8.] Ἀφαιρῶν, vulg. φαίνων. Cod. Sang. habet φένων quod Stephanus proponit ad marginem. Codd. B & Vindob. φέρων.

[l. 9.] Ἐπιβάλλειν, sub. ἐπιβόλην.

[l. 10.] Vulg. dat Φυλῆς cum majori litterâ.

[l. 11.] Αὐλῶν, vulg. τούτων.

[l. 15.] Κἀν resolve in καὶ ἐν.

[l. 19.] Antè στρατηγοὺς addidi τοὺς ex cod. Vindob.

τερον ὑμῶν ἡγήσαντο, ἕως ἂν ἐδοκιμάσθησαν κατὰ τοὺς νόμους· Ἀλκιβιάδην δ' τολμᾶν παρὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους ὑπὸ αὐτῶν ταχθῆναι. Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ τῶν μὲ
5 δεδοκιμασμένων ἱππέων, οὐκ ὄντι τούτοις ἐξὸν ὅντινα βούλοντο αὐτοὶ εἰς τοὺς ὁπλίτας καταλέξαι, τῶν δὲ ὁπλιτῶν, ἀδοκιμάστων ὄντων, ὄντι τούτοις ἔξεστι ὅντιν' ἂν βούλωνται ἱππεύειν. Εἰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὄντες κύριοι, πολ-
10 λῶν βουλομένων, μηδένα τῶν ἄλλων ἱππεύειν ἐάσαιμεν, οὐκ ἂν δικαίως χαλεπαίνοιμεν αὐτοῖς· εἰ δ' ἄκυροι ὄντες ὁμολογήσουσι τάξαι, ἐνθυμεῖσθαι χρὴ ὅτι ὀμωμόκατε τὰ δίκαια γνώσεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὅ,τι ἂν οὗτοι κελεύωσι ψηφιεῖσθαι. Ὥστε οὐδένα
15 χρὴ τῶν δεομένων παρὰ πλείονος ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ὅρκων ποιεῖσθαι.

Καὶ μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ τῷ δοκεῖ μεγάλη ἡ ζημία εἶναι ἃ λίαν ἰσχυρὸς ὁ νόμος, μεμνῆσθαι χρὴ ὅτι οὐ νομοθετήσοντες παρὰ αὐτῶν
20 ἥκετε, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους ψηφιούμενοι· οὐδὲ τοὺς ἀδικοῦντας ἐλεήσοντες, ἀλλὰ

[l. 1.] Ὑμῶν, codd. Sang. & Vindob. ἡμῶν.

[l. 5.] Vulg. ἐπὶ τούτων, dedi ἐπὶ τούτοις juxtà id quod habent l. 7 & 8. Οὐκ ἐπὶ τούτοις ἐστὶν, non eſt penes ſtrategos.

[l. 14.] Vulg. κελεύουσι, dedi ex margine κελεύωσι,

populo non audeant vobis imperare, priusquam legibus approbentur, Alcibiadem audere contrà civitatis leges ab his alicui ordini adsignari. Iniquum autem mihi videtur esse, judices, si, dùm his non licet ex equitibus approbatis quemcumque voluerint in peditum ordinem adscribere, iisdem licebit ex peditibus, qui non approbantur, quemcumque voluerint ad equitatum transferre. Si igitur, judices, ea res penes eos esset, &, multis cupientibus, neminem alium equitatui adscripsissent, non jure hoc illis concederetis: quòd si neque eâ autoritate sint muniti, & nihilominùs fateantur adscripsisse, cogitare oportet quòd juravistis vos justa, non quæcumque illi jusserint, pronuntiaturos. Neminem itaque deprecantium oportet pluris facere quàm vos ipsos & jusjurandum vestrum.

3°. At enim, judices, si cui videatur gravior pœna aut lex severior, id meminisse oportet, vos huc venire non leges de his rebus laturos, sed juxtà latas judicaturos, neque ut delinquentes misericordiâ prosequamini, sed potiùs ut eis succen-

---

quod & habet cod. Sang. Legitur in cod. Vindob. βουλεύωσι.

[l. 17.] Εἴ τῳ, i. e. εἴ τινί.

[l. 18.] Μεγάλη ἡ ζημία, vulg. μεγάλης ζημίας.

πολὺ μᾶλλον αὐτοῖς ὀργιζόμενοι, καὶ ὅλῃ τῇ πόλει βοηθήσοντες· εὖ εἰδότες ὅτι ὑπὲρ τῶν παρελθόντων ὀλίγας ἡμωρησάμενοι, πολλοὺς ποιήσετε κοσμιωτέρους ἐν τοῖς μέλλουσι κινδυνεύειν.

5 Χρὴ δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ὥσπερ οὗτοι ἀμελήσαντες τῆς πόλεως, τὴν αὐτῶν σωτηρίαν ἐσκέψατο, οὕτως ὑμᾶς, ἀμελήσαντας τούτου, τῇ πόλει τὰ βέλτιστα ψηφίσασθαι· ἄλλως τε καὶ ὅρκους ὀμωμοκότας, καὶ περὶ Ἀλκιβιάδου μέλλοντας ψηφίσασθαι·

10 ὃς ἂν ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ, καταγελῶν τῆς πόλεως ἅπασιν. Οὐ γὰρ δὴ χαίειν γε ὑμῖν ἀποδώσει, τῇ ψήφῳ κρύβδην εὖ παθών, ὃς τῶν φίλων τοὺς φανερῶς αὐτὸν εὖ ποιήσαντας κακῶς ποιεῖ. Ὑμεῖς οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰς τούτων δεή-

15 σεις περὶ ἐλάττονος ποιησάμενοι, τὰ δίκαια ψηφίσασθε. Ἀποδείξει δ' καταλεγεὶς εἰς τοὺς ὁπλίτας, καὶ λιπὼν τὴν τάξιν, καὶ τῶν νόμων κωλυόντων ἀδοκίμαστος ἱππεύσας· καὶ περὶ ὧν οἱ νόμοι ἀφαρρήδην οὔτε στρατηγὸν, οὔτε ἱππαρχον,

20 οὔτε ἄλλον οὐδένα κυριώτερον ἐκείνων ἀποδεικνύουσι, περὶ τούτων ἰδιώτης ὢν τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ δεδωκώς. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ φίλῳ ὄντι Ἀρχεστράτῃ

[l. 10.] Vulg. οἷς, dedi ὅς.

[l. 15.] Ἐλάττονος; vulg. ἐλαττόνων.

[l. 17.] Ὁπλίτας, codd. Sang., Vindob. & Ald. πολίτας. Deindè pro καὶ λιπὼν cod. Vindob. καταλιπών.

ſeatis, atque univerſæ reipublicæ ſuccurratis; perſuaſi nimirùm quòd, ſi paucos vindicetis ob præterita, plures qui belli periculum erunt experturi, emendatiores habebitis. Oportet autem, judices, quemadmodum iſte, poſthabitâ republicâ, ſuæ ſaluti proſpexit, ità & vos quoque, poſthabitâ iſtius ratione, quæ reipublicæ maximè ex uſu erunt ſtatuere; præſertìm & jurejurando obſtrictos, & pronuntiaturos de Alcibiade, qui, ſi vos deceperit, civitatem ſuam abibit irridens. Neque enim vobis gratiam referet, quorum judicio clàm ſervabitur, qui amicos palàm de ipſo benè meritos injuriis afficit. Vos itaque, judices, iſtorum obteſtationibus deſpectis, juſta decernite. Demonſtratur iſtum recenſitum fuiſſe inter pedites, deſeruiſſe ordinem, contrà leges equitatui ſe adjunxiſſe non approbatum; & in quibus leges diſertè neque peditum duci, neque præfecto equitum, neque alii cuiquam poteſtatem ſibi ſuperiorem conceſſerunt, in iis privatum ſibimetipſi auctoritatem arrogaſſe. Ego igitur & Archeſtratidi amico

---

[l. 19.] Ἵππαρχον, vulg. ὕπαρχον. Codd. B, Sang., Vindob. & Brulart. habent quoque ἵππαρχον.

[l. 20.] Pro ἐκείνων malim ἑαυτῶν.

[l. 22.] Vulg. Ἀρχιστρατίδῃ, dedi Ἀρχεστρατίδῃ ut ſuperiùs.

βοηθῶν, ἐ Ἀλκιβιάδην ἐχθρὸν ὄντα ἐμαυτοῦ ἡμωρημένῳ, δέομαι τὰ δίκαια ψηφίσασθαι. Ὑμᾶς ὃ χρὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας τὴν ψῆφον φέρειν, ἥνωφ ὅτε ὧδε πρὸς τοὺς πολεμίους
5 ἀγκινδυνεύειν. *

---

* Mentio fit apud Harpocrationem orationis adversùs Alcibiadem in voce ναυλοδίκαι, quæ vox in neutrâ oratione occurrit. Sed quum apud eumdem Harpocrationem men-

suppetias

ſuppetias ferens, & meas cum Alcibiade inimicitias perſecutus, oro ut quæ juſta ſint decernatis, vos autem oportet eâdem animi conſtantiâ ſententiam ferre, quâ uſi eſtis aliquandò adversùs hoſtes dimicaturi.

---

tio fiat orationis Lyſianæ πρὸς Ἀλκιβιάδην, περὶ οἰκίας, quæ non extat, in illâ oratione hæc vox poterat occurrere. Vide Harpoc. in verbo παρακαταβολή.

ANALYSIS
ORATIONIS
PRO MANTITHEO
AD SENATUM.

QUUM civis aliquis ſorte electus fuerat ut magiſtratu aliquo fungeretur, electio ipſius à ſenatu erat confirmanda. Subibat is quoddam examen; & civis quilibet poterat eum perſequi coràm ſenatu actione δοκιμασίας, & contendere ipſum non eſſe dignum magiſtratu quem ſorte obtinuerat. Iſtud accidit Mantitheo cuidam; qui electus ſorte, impugnabatur ab inimicis tanquam repudiandus ob hoc præcipuum crimen quòd ſub trigintaviris eques meruiſſet. Hâc oratione ſe defendit Mantitheus.

Exordium.

Sibi gratulatur reus quòd ſibi totius vitæ reddenda ſit ratio, declaratque à ſe non modò præcipuum crimen refutatum iri, ſed & totam vitam eſſe exponendam. Itaque,

I. Arguit ſe non fuiſſe equitem ſub triginta viris, & etiamſi fuiſſet eques non ideò tamen eſſe rejiciendum.

II. Poſt breve proœmium, oſtendit quomodo ſe geſſerit ergà propinquos, quàm ſapienter & continenter vixerit.

III. Enumerat diverſas expeditiones quibus adfuit, & in quibus ſe fortem præſtitit & ſtrenuum.

IV. Denique generosâ confidentiâ nonnullis reſpondet quæ ipſi poterant exprobrari.

Scribi debuit hæc oratio non multò poſt expulſos triginta tyrannos, versùs annum 402 poſt Chriſtum natum.

ἐν βουλῇ

ΜΑΝΤΙΘΕΩΙ

ΔΟΚΙΜΑΖΟΜΕΝΩ.

Εἰ μὴ σωφρόνειν, ὦ βουλή, τοῖς κατηγόροις βουλομένοις ἐκ παντὸς τρόπου κακῶς ἐμὲ ποιεῖν, πολλὴν ἂν αὐτοῖς χάριν εἶχον τούτης τῆς κατηγορίας. Ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς ἀδίκως διαβεβλημένοις τούτους εἶναι μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίους, οἵτινες ἂν αὐτοὺς ἀναγκάζωσιν εἰς ἔλεγχον τῆς αὐτοῖς βεβιωμένων καταστῆναι. Ἐγὼ γὰρ οὔτω σφόδρα ἐμαυτῷ πιστεύω, ὥστ' ἐλπίζω ἢ εἴ τις θεός με τυγχάνοι ἀπιδὼν ἢ κακῶς διακείμενος, ἐπιδὰν ἐμοῦ λέγοντος ἀκούσῃ περὶ τῶν πεπραγμένων, μεταμελήσειν αὐτῷ, καὶ πολὺ βελτίω με εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἡγήσεσθαι. Ἀξιῶ γ', ὦ βουλή, ἐὰν μὴ τοῦτο μόνον ὑμῖν ἐπιδείξω, ὡς εὔνους εἰμὶ τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι, καὶ ὡς ἠνάγκασμαι τῆς αὐτῶν κινδύνων μετέχειν ὑμῖν, μηδέν πώ μοι πλέον εἶναι· ἐὰν δὲ φαίνωμαι περὶ τὰ ἄλλα με-

[lineâ 9.] Τυγχάνοι, codices Sangermanensis & Vin-

PRO MANTITHEO

AD SENATUM.

EXORDIUM.

NI cognoſcerem, ſenatores, accuſatores meos id omni ratione moliri ut mihi noceant, multùm utique ipſis gratiæ haberem quòd me accuſent. Arbitror enim de iis qui falſis criminationibus impetuntur eos mereri maximè qui ipſos ad anteactæ vitæ rationem reddendam coegerint. Ego enim mihi tàm vehementer confido, ut ſperem, ſi quis in me minùs benevolo aut inimiciori uſus ſit animo, fore ut, ubi me de vitâ præteritâ perorantem audiverit, animum mutet & æquiora de me in poſterum ſtatuat. Poſtulo autem, ſenatores, ſi hoc ſolum vobis confirmavero me præſenti rerum ſtatui benè ſtudere, & coactum fuiſſe eadem diſcrimina vobiſcum experiri, ne quidquam indè emolumenti reportem: ſed ſi comparuero &

---

dobonenſis τυγχάνει.

πείως βεβιωκὼς, καὶ πολὺ παρὰ τὴν δόξαν καὶ παρὰ τοὺς λόγους τοὺς τῶν ἐχθρῶν, δέομαι ὑμῶν ἐμὲ μὴ δοκιμάζειν, τούτους δ' ἡγεῖσθαι χείρους εἶναι. Πρῶτον δὲ ἀποδείξω ὡς οὐχ ἵππευον, οὔτ' ἐπεδήμουν ὅπὶ τῶν Τριάκοντα, οὔτε μετέχον τῆς τότε πολιτείας.

Ἡμᾶς γὰρ ὁ πατὴρ πρὸ τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ συμφορᾶς ὡς Σάτυρον τὸν ἐν τῷ Πόντῳ διαπτομένους ἐξέπεμψε· καὶ οὔτε τῶν τριῶν καθαιρουμένων, οὔτε μεθισταμένης τῆς πολιτείας, ἀλλ' ἤλθομεν πρὶν τοὺς ἀπὸ Φυλῆς εἰς τὸν Πειραιᾶ κατελθεῖν πρότερον πέντ' ἡμέραις. Καίτοι οὔτε ἡμᾶς εἰκὸς ἦν, εἰς Τίβετον καιρὸν ἀφιγμένους, ὑπιθυμεῖν μετέχειν τῶν ἀλλοτρίων κινδύνων, οὔτ' ἐκεῖνοι φάνον) τοιαύτην γνώμην ἔχοντες, ὥστε καὶ τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ τοῖς μηδὲν ἐξαμαρτάνουσι μεταδιδόναι τῆς πολιτείας, ἀλλὰ μᾶλλον ἠτίμαζον, ἢ τοὺς συκαταλύσαντας τὸν δῆμον ἐτίμων. Ἔπειτα δὲ ἐκ μὴ τοῦ σωιδίου τοὺς ἱππεύσαντας ποιεῖν εὐηθές ἐστιν. Ἐν τούτῳ γὰρ πολλοὶ μὴ τῶν ὁμολο-

---

[l. 2.] Repetivi τοὺς antè τῶν ἐχθρῶν, tùm ex margine, tùm ex codd. B, Sang. & Vindob.

[l. 5.] Οὔτε, vulg. οὐδέ.

[l. 8.] Τὸν ἐν τῷ Πόντῳ, ſub. δυνάστην.

[l. 10.] Μεθισταμένης τῆς πολιτείας. Poſt πολιτείας ſub. ἤλθομεν. Legitur ad marginem & in cod.

in ceteris rebus moderatè me gessisse, longéque præter inimicorum opinionem & sermones, obtestor ut & me approbetis & istos pejores esse judicetis. Primùm autem ostendam me neque equo meruisse, neque omninò domi fuisse sub triginta-viris, neque adeò ullam partem illius administrationis habuisse.

I. Nos enim pater antè cladem in Hellesponto acceptam ad Satyrum in Ponto commoraturos misit; & neque quum muri diruerentur, neque quum Reipublicæ status novaretur, adfuimus, sed reversi fuimus quinque diebus antequam Phylenses in Piræum descenderent. Atqui neque verisimile est nos in tali tempore reversos alienis periculis nos admiscere voluisse, neque illi erant ità animati ut cum peregrè profectis & nullâ sceleris communione adjunctis, reipublicæ administrationem communicare vellent: verùm cum ejusmodi viris contumeliosiùs agebant quàm honorificè cum iis qui unà evertebant statum popularem. Deindè ex tabulis qui equites fuerint cognoscere velle absurdum est; in quibus multi non inscri-

---

Sang. μεθιςαμένῃ τῇ πολιτείᾳ. Cod. Vindob. habet μεθιςαμένους τῇ πολιτείᾳ.

[l. 14.] Ἐκεῖνοι, nempè, triginta tyranni.

[l. 18.] Ἢ τοὺς, codd. Sang. & Vindob. ἃ τοὺς.

[Ibid.] Ἐτίμων deest in vulgatâ, addidi ex Reiskio.

γόντων ἱππεύειν οὐκ ἔνφσιν, ἔνιοι δὲ τῷ ἀποδημούντων ὑπογεγραμμένοι εἰσίν. Ἐκεῖνῳ δὲ ὀξὺν ἔλεγχος μέγιστος· ἐπιδὴ γὰρ κατήλθετε, ἐψηφίσαθε οὗτοι φυλάρχους ἀπενεγκεῖν οὗτοι ἱππεύσαντας, ἵνα τὰς καταστάσφς ἀναφεράτητε παρ' αὐτῶν. Ἐμὲ τοίνυν ὐδεὶς ἂν ἀποδείξειεν ὑπ' ἀπενεχθέντα ὑπὸ τῷ φυλάρχων, ὅτε ωδαδοθέντα τοῖς σωδίκοις, ὅτε καταστασιν ωδαλαβόντα. Καίτοι πᾶσι ῥάδιον τοῦτο γνῶναι, διότι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς φυλάρχοις, εἰ μὴ ἀποδείξαιεν τοὺς ἔχοντας τὰς καταστάσφς, αὐτοὺς ζημιοῦσθαι. Ὥςτε πολὺ ἂν δικαιότερον ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν ἢ τούτοις πιστεύοιτε. Ἐκ μὲν γὰρ τούτων ῥάδιον ἦν ἐξαλειφθῆναι τῷ βουλομένῳ, ἐν ἐκείνοις δὲ τοὺς ἱππεύσαντας ἀναγκαῖον ἦν ὑπὸ τῷ φυλάρχων ἀπενεχθῆναι. Ἔτι δέ, ὦ βουλή, εἴπερ ἱππευσα, οὐκ ἂν ἦν ἔξαρνος ὡς δεινόν τι πεποιηκώς, ἀλλ' ἠξίουν, ἀποδείξας ὡς ὐδεὶς ὑπ' ἐμοῦ τῷ πολιτῶν κακῶς

[l. 1 & 2.] Ἀποδημούντων, Ald. & cod. Brulart. ἀπομούντων, dejerantium, nempè, se militiâ equestri functos fuisse sub triginta tyrannis. Lectionem hanc Aldinam non aspernandam assumpsit Reiskius.

[l. 5.] Κατάστασις est militare vocabulum, & propriè dicebatur de stipendio quod qui constituti erant equites ex ærario accipiebant. Vide ad hanc vocem Harpocrationem qui ex hâc oratione citat phrasim aliquam sine ullâ

buntur qui fatentur ſe equo meruiſſe, multi etiam inſcribuntur eorum qui peregrè erant. Illud autem eſt longè certiſſimum argumentum : domum enim reverſi decreviſtis ut phylarchi nomina eorum qui equitaverant deferrent, quò poſſetis ab eis ſtipendia data exigere. Me igitur nemo demonſtraverit aut delatum à phylarchis, aut ſyndicis traditum, aut ſtipendium accepiſſe. Atenim hoc omnibus erat in promptu ſcire, proptera quòd neceſſe fuit phylarchos ipſos mulctari nî eos detuliſſent qui ſtipendium acceperant. Adeò ut his tabulis multò juſtiùs fides adhibenda foret quàm illis : ex illis quippè cuiquam qui id expetivit deleri facile erat, dùm in his neceſſe fuit equites à phylarchis deferri. Tùm autem, ſenatores, ſi eques fuiſſem, non irem inficias quaſi aliquid grave admiſiſſem ; verùm poſtularem ut approbarer ubi demonſtraſ-

---

inſcriptionis mentione.

[Ibid.] Ἀναπράτηλε, cod. Brulart. ἀναπράξετε.

[l. 10.] Vulg. ἀποδείξειεν, revocavi lectionem Aldinam ἀποδείξαιεν, quam habent codd. B, Sang. & Vindob.

[l. 11.] Αὐτὺς, vulg. αὐτοῖς.

[l. 12.] Εκείνοις, nempè, τοῖς τῶν φυλάρχων. Hìc ἐκείνοις refertur ad id quod tempore vicinius eſt, & τούτοις ad id quod propius, contrà quàm fieri ſolet. Pro γράμμασιν cod. Vindob. habet συγγράμμασιν.

πέπονθε, δοκιμάζεσθε. Ὁρῶ δ' ὑμᾶς ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρωμένους, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν τότε ἱπποδυσάντων βουλεύοντας, πολλοὺς δ' αὐτῶν στρατηγοὺς καὶ ἱππάρχους κεχειροτονημένους. Ὥστε
5 ἀφ' μηδὲν ἄλλο με ἡγεῖσθε ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν ἀπολογίαν, ἢ ὅτι φανερῶς ἐτόλμησάν με καταψεύσασθαι. Ἀνάβηθι δέ μοι, καὶ μαρτύρησον.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

Περὶ μὲν τούτων ταύτης τῆς αἰτίας οὐκ οἶδα
10 ὅτι δεῖ πλείω λέγειν. Δοκεῖ δέ μοι, ὦ βουλή, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσι περὶ αὐτῶν μόνων τῶν κατηγορημένων πεφεύγειν ἀπολογεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς δοκιμασίαις δίκαιον εἶναι παντὸς τοῦ βίου λόγον διδόναι. Δέομαι οὖν ὑμῶν μετ' εὐνοίας ἀκροά-
15 σασθαί μου· ποιήσομαι δ' τὴν ἀπολογίαν ὡς ἂν δύνωμαι δι' βραχυτάτων.

Ἐγὼ γὰρ πρῶτον μὲν, οὐσίας μοι οὐ πολλῆς καταλειφθείσης, ἀφ' τὰς συμφορὰς καὶ τὰς τοῦ πατρὸς καὶ τὰς τῆς πόλεως, δύο μὲν ἀδελφὰς
20 ἐξέδωκα, ὀπιδοῦς τριακοντάμνας ἑκατέρα· πρὸς τὸν ἀδελφὸν δ' ὅπως ἐνειμάμην, ὥστ'

[l. 4, 5 & 6.] Ἱππάρχους κεχειροτονημένους, cod. Vindob. ὑπάρχους χειροτονουμένους. Deindè vulg. habet ὥστ' εἰ μηδὲν διαβάλλομαι, ἡγεῖσθε ταύτην. Ποιεῖσθε

ſem neminem civium à me injuriam tuliſſe. Quâ in ſententiâ vos quoque eſſe intelligo, quum videam multos ex iis qui tunc temporis equites erant, hodie in ſenatorum eſſe numero, multos peditum & equitum duces creari. Quapropter vos arbitrari velim me nullam aliam ob cauſam uti hoc genere defenſionis, quàm ut oſtendam iſtos palàm adversùs me mentiri. Aſcende mihi tu & teſtimonium dicito.

TESTIMONIUM.

II. De hâc igitur criminatione non video quòd ampliùs mihi dicendum ſit. Mihi autem videtur, ſenatores, in ceteris quidem cauſis ad ea quæ criminantur adverſarii ſolummodò eſſe reſpondendum; at in approbationibus, univerſæ vitæ rationem exponendam eſſe. Vos igitur obteſtor ut me benevolè audiatis, dùm meam defenſionem quàm breviſſimè expediam.

Ego enim primùm, quamvis exiguæ admodum opes eſſent relictæ cùm propter domeſticas, tùm etiam propter reipublicæ calamitates, duas tamen ſorores elocavi, utrique triginta minis in dotem datis: rem verò cum fratre ità partitus ſum ut ille

---

τὴν ἀπολογίαν, ἢ ὅτι, quod emendavi ex Tayloro.

[l. 11.] Μόνων, cod. Vindob. μόνον.

ἐκεῖνον πλέον ὁμολογεῖν ἔχειν ἐμοῦ τῆς παρῴων. Καὶ περὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας οὔπω βεβίωκα, ὥστε μηδὲ πώποτέ μοι μηδὲ περὸς ἕνα μηδὲν ἔγκλημα γενέσθαι. Καὶ τὰ μὲ ἴδια οὕτω διῴκησα· 5 περὶ ὃ τῆς κοινῆς μοι μέγιστον ἡγοῦμαι τεκμήριον εἶναι τῆς ἐμῆς ὑπεικείας, ὅτι τῶν νεωτέρων ὅσοι περὶ κύβους ἢ πότους ἢ περὶ τὰς τοιαύτας ἀκολασίας τυγχάνουσι τὰς ἀμαξιβὰς ποιούμενοι, πάντας αὐτοὺς ὄψεσθέ μοι ἀμαφόρους ὄντας, καὶ 10 πλεῖστα τοὺς περὶ ἐμοῦ λογοποιοῦντας καὶ ψευδομένους. Καίτοι δῆλον ὅτι εἰ τῶν αὐτῶν ἐπεθυμοῦμεν, οὐκ ἂν τοιαύτην γνώμην εἶχον περὶ ἐμοῦ. Ἔτι δ', ὦ βουλή, οὐδεὶς ἂν ἀποδεῖξαι περὶ ἐμοῦ δύναιτο οὔτε δίκην ἀμφεσβῆ, οὔτε γραφὴν, οὔτε 15 εἰσαγγελίαν γεγενημένην. Καίτοι ἑτέρους ὁρᾶτε πολλάκις εἰς τοιούτους ἀγῶνας καθεστηκότας.

Περὸς τοίνυν τὰς στρατείας, καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς περὸς τοὺς πολεμίους, σκέψασθε οἷον ἐμαυτὸν παρέχω τῇ πόλει. Πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτε τὴν 20 συμμαχίαν ἐποιήσασθε περὸς τοὺς Βοιωτοὺς, καὶ εἰς Ἁλίαρτον ἔδει βοηθεῖν ὑπὸ Ὀρθοβούλου καταλελεγμένους ἱππεύειν, ἐπειδὴ πάντας ἑώρων τοῖς

[l. 4.] Hîc τὰ ἴδια interpretor, res domesticas, res familiæ proprias; τῆς κοινῶν intelligo de ceteris rebus quæ ad familiam non pertinent.

ex bonis paternis plura abſtuliſſe ſe fateatur: ergà ceteros omnes ità me geſſi ut nunquam in judicio cum nemine contenderim. Atque in rebus quidem domeſticis eum me exhibui; in reliquis autem id meæ moderationis maximum argumentum eſſe judico, quòd quicumque juvenes aut aleæ, aut commiſſationibus, aut libidinibus ejuſmodi dediti ſunt, hos omnes mihi infenſos eſſe ſentietis, plurimaque de me effutire & mentiri. At manifeſtum eſt quòd ſi ego & illi iiſdem cupiditatibus teneremur, longè aliter in me eſſent animati. Ad hæc, ſenatores, nemo commonſtrare poſſit mihi unquam ſcriptam fuiſſe litem turpem, ſive privatam, ſive publicam; cujuſmodi tamen in negotia plerosque alios videtis ſæpiùs incidiſſe.

III. Quòd verò ad militiam attinet & pericula bellica, ſpectate cujuſmodi civem me præſtiterim. Primùm enim, ubi, initâ cum Bœotis ſocietate, Haliarto erat auxiliandum, ab Orthobulo adſcriptus eques, poſtquam animadverti omnes exiſtima-

---

[l. 11 & 12.] Εἰ τῆς αὐτῶν ἐπεθυμοῦμεν, ſi ego & illi eadem concuperemus.

[l. 17.] Στραλείας, codd. B & Vindob. ϛραληγίας.

[l. 22.] Vulg. πάνλες, dedi πάνλας ex margine, & ex codd. B, Sang. & Vindob.

μὴ ἱππεύουσιν ἀσφάλειαν εἶναι δεῖν νομίζοντας, τοῖς δὲ ὁπλίταις κίνδυνον ἡγουμένους, ἑτέρων ἀναβάντων ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀδοκιμάστων πρὸς τὸν νόμον, ἐγὼ προσελθὼν ἔφην τῷ Ὀρθοβούλῳ ἐξαλεῖψαί με ἐκ τοῦ καταλόγου· ἡγούμενος αἱρεῖν εἶναι, τοῦ πλήθους μέλλοντος κινδυνεύειν, ἄδειαν ἐμαυτῷ πρασκευάσαντι στρατεύεσθαι. Καί μοι ἀνάβητε, Ὀρθόβουλε.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

Συλλεγέντων τοίνυν τῶν δημοτῶν περὶ τῆς ἐξόδου, εἰδὼς αὐτῶν ἐνίους πολίτας μὲ χρηστοὺς ὄντας καὶ προθύμους, ἐφοδίων δὲ ἀποροῦντας, εἶπον ὅτι χρὴ τοὺς ἔχοντας παρέχειν τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ἀπόροις λαμπειμένοις. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο συνεβούλευον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἔδωκα δυοῖν ἀνδροῖν τριάκοντα δραχμὰς ἑκατέρῳ· οὐχ ὡς πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ἵνα παράδειγμα τοῦτο τοῖς ἄλλοις γένηται. Καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ βουλή, εἰς Κόρινθον ἐξόδου γενομένης, καὶ πάντων προειδότων ὅτι

[l. 1.] Pro δὴ in vulg. accepi δεῖν ex codd. Sang. & Vindob.

re equites extrà periculum esse constitutos, idque omne peditatui impendere, ibi, quum alii præter legem sine approbatione in equitatum transilierint, ego accedens Orthobulum ab ipso petii ut me ex equitum delectu deleret; turpe mihi fore ratus me, dùm plebs periclitaretur, militare extrà periculum. Et ascende mihi, Orthobule.

TESTIMONIUM.

Congregatis igitur *demotis* meis antè expeditionem, ubi intellexi nonnullos esse bonos quidem cives & ad bellum alacres, sed indigere commeatu, dixi oportere ut qui re essent lautiori aliquid inopibus suppeditarent. Neque ad id ceteros solummodò hortabar, verùm & ipse binis militibus triginta drachmas viritìm donavi; non sanè quòd dives eram, sed ut ea res ceteris esset exemplo. Et mihi horum testes ascendite.

TESTES.

Post hæc, senatores, susceptâ in Corinthum expeditione, quum omnes præsciscerent non me-

---

[l. 4 & 5.] Vulg. Ὀρθοβούλῳ, Ἐξάλειψαι in imperativo, pro quo dedi ἐξαλεῖψαι in infinitivo, quod habent codd. B & Vindob.

[l. 10.] Vulg. συλλεγόντων dedi συλλεγέντων ex margine, & ex codd. B, Sang. & Vindob.

[l. 18 & 19.] Vulg. ἀνάβητε, sine τούτων μαρτύρες quod addidi.

δεήσῃ κινδυνεύειν, ἑτέρων ἀναδυομένων, ἐγὼ διεπραξάμην ὥστε τῆς πρώτης τεταγμένος μάχας τοῖς πολεμίοις. Καὶ μάλιστα τῆς ἡμετέρας φυλῆς δυσυχησάσης, καὶ πλείστων ἐνθανόντων, ὕστερον ἀνεχώρησα, καὶ σεμνοῦ Σταθείεως τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις δειλίαν ὠνειδικότος. Καὶ οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον μετὰ ταῦτα ἐν Κορίνθῳ χωρίων ἰσχυρῶν κατελεμμένων, ὥστε τοὺς πολεμίους μὴ δύνασθαι πρόσιέναι, Ἀγησιλάος δὴ εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐμβαλόντος, ψηφισαμένων τῶν ἀρχόντων ἀποχωρίσαι τάξεις αἵτινες βοηθήσουσι, φοβουμένων ἁπάντων (εἰκότως, ὦ βυλή, δεινὸν γὰρ ἦν, ἀγαπητῶς ὀλίγῳ πρότερον σεσωσμένους, ἐφ' ἕτερον κίνδυνον ἰέναι), προσελθὼν ἐγὼ τὸν ταξίαρχον ἐκέλευον ἀπληρωτὴν τὴν ἡμετέραν τάξιν πέμπειν. Ὥστ' εἴ τινες ὑμῶν ὀρρωδοῦν τοῖς τὰ τῆς πόλεως ἀξιοῦσι πράττειν, ἐκ τῶν κινδύνων ἀποδιδράσκουσιν, οὐκ ἂν δικαίως περὶ ἐμοῦ τὴν γνώμην ταύτην ἔχοιεν. Οὐ γὰρ μόνον τὰ προστασσόμενα ἐποίουν προθύμως, ἀλλὰ καὶ κινδυνεύειν ἐτόλμων. Καὶ ταῦτ' ἐποίουν οὐχ ὡς οὐ δεινὸν ἡγούμενος εἶναι Λακεδαιμονίοις μάχεσθαι, ἀλλ' ἵνα εἴ ποτε ἀδίκως εἰς κίνδυνον καθιστῴ-

[1. 2.] Τῆς πρώτης, ſupple ad intelligentiam ἐπὶ τῆς πρώτης τάξεως.

diocre

diocre periculum esse futurum, ceteris declinantibus, ego effeci ut in primo ordine cum hoste contenderem. Quum autem nostra tribus gravissimè laboraret, plurimique cecidissent, retrocessi tardiùs, inclyto illo Stirienſi ignaviam omnibus exprobrante. Paucis diebus post, Corinthi locis munitioribus occupatis, quum Agesilaus invaderet Bœotiam, & duces nostri decernerent ut cohortium delectus fieret quæ opem essent laturæ, ibi metu omnibus perculsis (nec injuriâ, senatores; gravissimum enim erat modò ex summo periculo ægrè ereptis statim aliud inire) ego ad taxiarchum accedens jussi ut cohortem nostram sine sorte educeret. Quapropter si quia vestrûm eis succensuerint qui rempublicam quidem administrare suscipiant, sed subducant se à periculis, hujusmodi de me opinionem jure habere nequeunt. Neque enim solùm quæ imperata erant exequebar lubens, sed & periculo me ultrò objeci, ut si quandò per injuriam in periculum aliquod judiciale inciderem,

---

[1. 4.] Pro ἐνθανόντων malim ἐναποθανόντων.

[1. 5 & 6.] Στειρέως, scilicet, Thrasybuli qui erat Στειρεὺς, Stirienſis, i. e. ex Demo Attico, nomine Στειρία. Deindè pro ἀνθρώποις malim cum Marklando ἄλλοις.

[1. 10.] Ἐμβαλόντος, codd. Sang. & Vindob. ἐμβαλλόντος.

μην, δι' ταῦτα βελτίων ὑφ' ὑμῶν νομιζόμενος, ἁπάντων τῶν δικαίων τυγχάνοιμι. Καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Τῶν τοίνυν ἄλλων στρατιῶν καὶ φρουρῶν οὐδεμιᾶς ἀπελείφθην πώποτε· ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον διατετέλεκα μετὰ τῶν πρώτων εἰς τὰς ἐξόδους ποιούμενος, μετὰ τῶν τελευταίων δὲ ἀναχωρῶν. Καίτοι χρὴ τοὺς φιλοτίμως καὶ κοσμίως πολιτευομένους ἐκ τῶν τοιούτων σκοπεῖν, ἀλλ' οὐκ εἴ τις τολμᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν. Τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα ἐπιτηδεύματα οὔτε τοὺς ἰδιώτας οὔτε τὸ κοινὸν τῆς πόλεως βλάπτει, ἐκ δὲ τῶν κινδυνεύειν ἐθελόντων πρὸς τοὺς πολεμίους ἅπαντες ὑμεῖς ὠφελεῖσθε. Ὥστε οὐκ ἄξιον ἀπ' ὄψεως, ὦ βουλή, οὔτε φιλεῖν, οὔτε μισεῖν οὐδένα, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων σκοπεῖν. Πολλοὶ μὲν γὰρ μικρὸν διαλεγόμενοι, καὶ κοσμίως ἀπερχόμενοι, μεγάλων κακῶν αἴτιοι γεγόνασιν, ἕτεροι δὲ τῶν τοιούτων ἀμελοῦντες, πολλὰ κἀγαθὰ ὑμᾶς εἰσὶν εἰργασμένοι.

Ἤδη δέ τινων ἠθόμην, ὦ βουλή, καὶ διὰ ταῦτα ἀχθομένων μοι, ὅτι νεώτερος ὢν ἐπεχείρησα λέ-

---

[l. 18.] Ἀπερχόμενοι, cod. Vindob. ἐπερχόμενοι.

propter illa gesta à vobis in aliquo pretio habitus, justa omnia facilè impetrarem. Et mihi horum testes ascendite.

TESTES.

IV. Ceterarum autem expeditionum custodiarumque nullam unquam neglexi, sed per omnem ætatem continuò inter primos exivi, & cum extremis recessi. Eos igitur qui honori student & moderatè vivunt, ex his indiciis spectare oportet; non autem si quis confidenter se gerit, idcircò odio prosequi. Hujusmodi enim studia & instituta neque privatos neque rempublicam lædunt; sed in eorum virtute qui pericula alacri animo subeunt, communis omnium vestrûm salus continetur. Neminem itaque, senatores, ex conspectu solo aut amare aut odisse oportet, sed ex factis judicium facere. Multi enim & submissè loquentes & modestè incedentes, plurimorum malorum autores fuere: alii qui talia posthabebant, summa in vos beneficia contulere.

Nonnullos autem animadverti, senatores, mihi ideò succensere, quòd junior adhuc coràm populo

γὴν ἐν τῷ δήμῳ. Ἐγὼ ᾔ τὸ μὲ φεῶτον ἠναγκάσθω ὥσὲρ τῶν ἐμαυτȣ̃ φεαγμάτων δημηγορῆσαι· ἔπὰτα μέντοι ⸋ ἐμαυτῷ δοκῶ φιλοτιμότερον διατεθῆναι ȣ̃ δέοντος, ἅμα μὲ τῶν φεογόνων ἐνθυμούμȣ, ὅτι οὐδὲν πέπαυν᾽ τῶν τῆς πόλεως φεάτοντες, ἅμα ᾔ ὑμᾶς ὁρῶν (τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν) τούτους μόνους ἀξίους νομίζοντας εἶναι. Ὥςτε ὁρῶν ὑμᾶς ταύτὴν τὴν γνώμην ἔχοντας, τίς ὀκ ἂν ἐπαρθείη φεάτειν ⸋ λέγειν ὥσὲρ τῆς πόλεως; Ἔπ ᾔ τί ἂν τοῖς ȣ̃τοιούτοις ἄχθοιαθε; οὐ γὰ ἕτεροι φεὲ αὐτῶν κριτά εἰσιν, ἀλλ᾽ ὑμεῖς.

[l. 7.] Ad ἀξίους ſubaudi λόγȣ quod velim addi.

concionari ſuſtinuerim. Ego verò primùm coactus fui de meis rationibus verba facere; deindè & mihi nimio honoris ſtudio commotus videor, cùm majorum meorum res geſtas recolens qui civitatis negotia gerere nunquam deſtiterunt, tùm & vos intelligens (verum enim dicendum eſt) hos ſolos in exiſtimatione & pretio habere. Perſpecto igitur hoc animorum veſtrorum habitu, quis non ſtudiosè pro republicâ tùm diceret tùm ageret? Præterea, quid hæc vos moleſtè ferretis? de his enim talibus non alii, ſed vos ſoli eſtis judices.

[l. 10.] Tì abeſt à cod. Vindob.

ANALYSIS
ORATIONIS
DE PECUNIIS
PUBLICATIS.

Ut intelligatur hæc oratio, ſupponi debent facta aliqua de quibus non mentio fit in hujus decurſu. Actoris avus ab Eratone quodam mutuatus erat duo talenta, quorum hic illi ſolvit uſuram quamdiu vixit. Eo mortuo, tres ejus filii, Eraſipho, Erato & Eraſiſtratus nihil prorsùs ſolverunt. Actoris pater totam pecuniæ ſummam in judicio petit adversùs Eraſiſtratum qui fratrum ſolus Athenis degebat, & causâ vicit. Eraſiſtratus & Erato junior deceſſerunt. De hoc non loquitur orator, quod ſcilicet notum erat, & quod ego ſuppono. Eraſipho ſolus bona parentis ſui poſſedit; quæ ob cauſam aliquam nunc ignotam publicata ſunt. Is cui hæreditatis bona debebantur ea coràm ærario repetit quæ ſua eſſe contendebat.

I. Brevi exordio à ſe removet eloquentiæ opinionem quam de ipſo habebant aliqui.

II. Narrat 1°. quomodo Eratonis bona ſibi deberentur, 2°. quomodo pater ipſius causâ viciſſet adversùs Eraſiſtratum unum ex illius filiis.

III. Arguit omnia Eratonis bona ad ſe jure ſummo pertinere, ſibi attributa fuiſſe per ſententiam judicum, & per aliquantùm temporis poſſediſſe; nunc horum tertiam partem duntaxat repetere, nempè partem Eraſiſtrati, quam ipſius pater judicio obtinuit.

IV. Concludit obteſtando judices ut ſibi æqua petenti faveant.

ΔΗΜΟΣΊΩΝ

ΑΔΙΚΗΜΆΤΩΝ. *

Ἴσως τινὲς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, διὰ τὸ βούλεσθαί με ἄξιον εἶναι λυθῆναι, ἡγοῦνται δεῖν εἰπεῖν ἂν μᾶλλον ἑτέρου δύνασθαι· ἐγὼ δ' τοσούτου δέω περὶ τοῦ μὴ παρεσκευάσθαι ἱκανὸς εἶναι λέγειν, ὥστε δέδοικα μὴ δεῖ ὧν ἀναγκαῖόν μοι ἐστὶ λέγειν, ἀδύνατος ὦ τὰ δέοντα εἰπεῖν. Οἰόμαι μὲν οὖν, ἂν πάντα διηγήσωμαι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν πρὸς Ἐρατοσθένη καὶ τοῦ ἐκείνου παῖδας, ῥᾴδιως ἐξ αὐτῶν ὑμᾶς δυήσειν ἃ προσήκει σκέψασθαι περὶ ταύτης τῆς διαδικασίας. Ἐξ ἀρχῆς οὖν ἀκούσατε.

Ἐρατοσθένης ὁ Ἐρασιφῶντος πατὴρ ἐδανείσατο παρὰ μὲν ἐμοῦ πάππου τάλαντα δύο. Ὅπ μὲν οὖν

---

* Pro ἀδικημάτων nonnulli doctiores legi velint χρημάτων, juxtà quod ego interpretatus sum. At Reiskius arbitratur servandum esse ἀδικημάτων, quia scilicet publicatio alicujus fundi præter jus & fas facta ἀδίκημα δημόσιον est, injuria ab universo populo privato cuidam facta. Idem contendit titulum hunc pertinere non ad orationem tantummodò præsentem, sed ad duas sequentes,

DE PECUNIIS PUBLICATIS.

I. Nonnulli fortaſſe veſtrûm, judices, quia in aliquo loco haberi velim, exiſtimare poſſunt me ceteris etiam eloquentiâ præſtare: tantùm verò abeſt ut de rebus quæ nihil ad me pertineant copiosè eloqui poſſim, ut etiam verear ne ea de quibus mihi neceſſariò dicendum eſt, ſatis commodè expromere queam. Arbitror igitur ſi omnia enarravero quæ nobis cum Eratone ejusque filiis interceſſere, vos ex iis facilè eſſe perſpecturos quid in hâc diſceptatione conſiderandum erit. Quapropter ab initio rem omnem audite.

II. 1°. Erato Eraſiphonis pater ab avo noſtro duo talenta mutuò ſumpſit. Eum igitur pecuniam

---

ideóque pluralem numerum, non ſingularem adhiberi. Quidquid ſit, cod. B eumdem titulum habet ac vulgata. Ad δημοσίων ἀδικημάτων, ſubaudi, ut vulgò, ἕνεκα.

[lineâ 5.] Μὴ ᾧ, cod. Sang. μηδέ.

[l. 7.] Διηγήσωμαι, cod. Vindob. & Ald. διηγήσομαι.

[l. 12.] Correxi mendum evidens vulgatæ quæ pro οὖν habet οὗ.

ἔλαβε τἀργύριον, καὶ ὡς τοσοῦτόν γε ἐδεήθη δανεῖσαι, ὧν ἐναντίον ἐδόθη μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι· ἃ δ' ἐχρήσατο αὐτῷ, καὶ ὅσα ὠφελήθη, οἱ μᾶλλόν τε ἐμοῦ εἰδότες καὶ συδιαγεγυμνασμένοι
5 οἷς ἐκεῖνος ἐπράττετο, διηγήσονται ὑμῖν καὶ μαρτυρήσουσι. Καί μοι κάλει μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ἕως τοίνυν ὁ Ἐρατῶν ἔζη, τούς τε τόκους ἀπελαμβανον ἐγὼ καὶ τἄλλα τὰ συγκείμενα·
10 ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε, καταλιπὼν υἱοὺς δύο, Ἐρασιφῶντα, καὶ Ἐρατῶνα, καὶ Ἐρασίστρατον, οὔτοι οὐδὲν ἐπ ἡμῖν τοῦ δικαίου ἐποίουν. Ἐν μὲν οὖν τῷ πολέμῳ, διότι οὐκ ἦσαν δίκαι, οὐ δυνατοὶ ἦμεν παρ' αὐτῶν ἃ ὤφειλον πράττεσθαι· ἐπειδὴ δ' εἰρήνη
15 ἐγένετο, ὅτε τῷ πρώτῳ αἱ ἀσυκαὶ δίκαι ἐδικάζοντο, λαχὼν ὁ πατὴρ παντὸς οὗ συμβολαίου Ἐρασιστράτῳ, ὅστῳ μόνῳ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπεδήμει, κατεδικάσατο ὑπὸ Ξεναινέτου ἄρχοντος. Μάρτυρας δὲ καὶ τούτων παρέξομαι ὑμῖν. Καί μοι κάλει
20 μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ὅτι μὲν τὰ Ἐρατῶνος δικαίως ἂν ἡμέτερα εἴη, ἐκ τούτων ῥᾴδιον εἰδέναι· ὅτι δὲ πάντα δη-

---

[l. 23.] Vulg. τοσοῦτόν τε, dedi ex margine τοσοῦτόν γε.

accepiſſe, & ab illo petiiſſe ut hanc ſibi ſummam crederet, iis teſtibus docebo quorum in conſpectu pecunia numerabatur: ad quem verò uſum eam adhibuerit, & quantum exindè fructum perceperit, ii qui rem meliùs nôrunt quàm ego, & qui illius negotiis interfuere, vobis declarabunt & teſtificabuntur. Et mihi teſtes voca.

TESTES.

2°. Dùm Erato vixit, & uſuram & reliqua quæ inter nos pacta erant ego accepi. Illo autem mortuo, relictisque tribus filiis, Eraſiphone, Eratone, & Eraſiſtrato, ii nihil æqui & juſti nobis tribuerunt. Bello igitur durante, propterea quòd jus tunc temporis ſilebat, debita obtinere non potuimus: factâ verò pace, ſimul atque jus civile adminiſtrari cœpit, vocatum ad judices ob debitum univerſum Eraſiſtratum, qui ſolus fratrum in urbe erat, pater judicio vicit Xenæneto archonte. Horum teſtes vobis producam. Et mihi teſtes voca.

TESTES.

III. Eratonis igitur bona jure ad nos pertinere, facilè ex his comparebit: ea autem omnia eſſe

---

[l. 2.] Εἰδέναι deeſt in Aldo.

μούεται, ἐξ αὐτῶν τῶν ἀπογράφων. Τρεῖς γὰρ καὶ τέτταρες ἔκασα ἀπογεγράφασι. Καίτοι τοῦτό γε παντὶ δύγνωςον, ὅτι οὐκ ἂν παρέλιπον εἴ τι ἄλλο τῶν Ἐράτωνος οἷόν τε ἦν δημούειν. Ἀπογράφοντες τοίνυν πάντα τὰ Ἐράτωνος, ἀπεγράφον καὶ ἃ ἔγω πολὺν ἤδη χρόνον κέκτημαι. Ὡς μὲν ἂν ἡμῖν ἀδὶ ἑτέρωθεν εἰςφέρεται οἷόν τε, ἂν ὑμεῖς ταῦτα δημούσητε, εὐγνωςόν μοι δοκεῖ εἶναι· διόπερ καὶ ἀμφισβήτησιν ἐποιησάμην φός τε ὑμᾶς καὶ τοὺς ἰδιώτας, ἔτι ἀκούσατε.

Ἕως μὲν γὰρ ὑμῖν οἱ Ἐρασιφῶντος οἰκεῖοι τούτων τῶν χρημάτων ἠμφισβήτουν, ἅπαντα ἠξίουν ἐμὰ εἶναι, διότι ὥσπερ ἅπαντος τοῦ χρέους ἀντιδικῶν φὸς τὸν πατέρα ὁ Ἐρασίστρατος ἠτήθη. Καὶ τὰ μὲν Σφηττοῖ ἤδη τρία ἔτη μεμίσθωκα, τῶν δὲ Κικυννοῖ καὶ τῆς οἰκίας ἐδικαζόμην τοῖς ἔχουσι. Πέρυσι μὲν ἂν διέγραψάν μου τὰς δίκας, ἔμπορι φάσκοντες εἶναι· νυνὶ δὲ λαχόντες ἐν τῷ Γαμηλιῶνι

[l. 1 & 2.] Vulg. ἐξ αὐτῶν, ἀπογράφω, legi juxtà Reiskium, ἐξ αὐτῶν τῶν ἀπογράφων, ad quod subaudiendum ῥᾴδιον εἰδέναι. Cod. Brulart. habet ἀπογραφῶν. Τεὶς γὰρ καὶ τέτρακις.

[l. 3, 4, 5 & 6.] Vulg. habet, ὅτι οὐκ ἂν παραλιπόντες εἴ τι ἄλλο τῶν Ἐράτωνος οἷόν τε ἦν δημεύειν πάντα τὰ Ἐρατονος ἀπέγραφον, καὶ λόγω πολὺν ἤδη χρόνον κέκτηνται, quod emendavi ex Reiskio. Pro δημεύειν, πάντα codd. B, Sang., Vindob. & Ald. legunt δημεύειν

publicata, reperietis ex tabulis. Singula enim tres vel quatuor viri deſcripſerunt. Atqui hoc omnibus patet quòd nihil erant omiſſuri, ſi quid præterea Eratonis publicari potuit. Quum itaque omnia Eratonis bona deſcripſerint, deſcripſerunt & ea quæ ego per multum temporis poſſedi. Nobis igitur quòd non liceat noſtra aliundè repetere, ſi hæc publicaveritis, id mihi certum videtur & indubitatum: ob quam autem cauſam petitionem fecerimus & adversùs vos & adversùs privatos, id demùm audite.

Nam dùm Eraſiphonis propinqui vobiſcum diſceptabant de his bonis, ea omnia noſtra eſſe exiſtimabam, quoniam de toto debito Eraſiſtratus cum patre contendens causâ cecidit. Et fundos quidem Sphettenſes jam triennium elocavi; de iis autem qui ſunt Cycinni & de ædibus, cum poſſeſſoribus lege agebam. Anno igitur præterito meam litem diſtulere nonnulli qui mercatores ſe profiteban-

---

τὴν πάντα. Codd. B, Sang. & Vindob. habent κέκτημαι ut emendavi.

[l. 6.] Vulg. ὑμῖν, dedi ἡμῖν quod & habent codd. B & Vindob.

[l. 8.] Διότι δὲ, vulg. ὡς δέ.

[l. 11.] Ὑμῖν, cod. Vindob. ἡμῖν.

[l. 16.] Κικυννοῖ, dedi ex margine Κικυννοῖ. Τῶν ὃ Κικυννοῖ ἢ τῆς οἰκίας, ſub. ἕνεκα. Codd. B & Sang. legunt τῷ ὃ κίνδυνοι.

μηνὶ οἱ ναυτοδίκαι, οὐκ ἐξεδίκασαν. Ἐπειδὴ δ' ὑμῖν τὰ Ἐρασιφῶντος δημεύειν ἔδοξε, ἀφεὶς τῇ πόλει τὰ δύο μέρη, τὰ Ἐρασιστράτου ἀξιῶ μοι ψηφισθῆναι, διότι ταῦτά γε ἤδη ὁ πρότερον
5 ἐγνώκατε ἡμέτερα εἶ. Ὡρισάμην οὖν ἐμαυτῷ τὸ τρίτον μέρος τῆς ἐκείνου οὐσίας, οὐ τὴν ἀκρίβειαν ὀπισκεψάμενος, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἢ τὰ δύο μέρη τῷ δημοσίῳ ἀπολιπών. Ῥᾴδιον δ' γνῶναι ἐκ τοῦ λιμένος τοῦ ἐπιγεγραμμένου τοῖς χρήμασιν.
10 Ἅπαντα μὲν γὰρ πλείονος ἢ ταλάντου τετίμηται. Ὧν δ' ἐγὼ ἀμφισβητῶ, τῷ μὲν πέντε μνᾶς, τῷ δ' χιλίας δραχμὰς, ἐπεγραψάμην. Καὶ εἰ πλείονος ἀξιά ἐστιν ἢ τοσούτου, ἐπικηρυχθέντων, τὸ πρεπὸν ἡ πόλις λήψεται.

15 Ἵνα οὖν εἰδῆτε ὅτι ταῦτα ἀληθῆ ἐστι, μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι· πρῶτον μὲν, οὗ μεμισθω-

---

[l. 1.] Ναυτοδίκαι, nautodicæ erant mercatorum judices, juxtà Suidam, quem vide. Harpocratio aliud ipsis munus videtur adscribere. Ceterùm citat hanc vocem ut quæ reperiatur in oratione adversùs Alcibiadem quæ ibi nullatenùs reperitur.

[l. 3] Pro τὰ δύο, hîc & paulò inferiùs Stephanus proponit ad marginem τὼ δύω quod & habet cod. Vind.

[l. 5.] Ἐγνώκατε, Ald. ἐγνώκαστε, pro quo Scaliger velit ἐγνάκατε. Deindè cod. Vindob. dat ὡρισάμην μὲν οὖν.

tur: atque litium mercatoriarum judices, menſe Gamelione conſtituti, jus dicere nequiverunt. Poſtquam verò vobis placuit Eraſiphonis bona publicare, ego reipublicæ concedens duas partes, Eraſiſtrati partem mihi decerni poſtulo, propterea quòd hanc olìm meam fuiſſe ſtatuiſtis. Mihi igitur definivi tertiam partem illorum facultatum, non accuratiſſimam diviſionem ſecutus, ſed ærario relinquens plus quàm duas partes. Quod facile eſt cognitu ex æſtimatione bonis inſcriptâ. Summa enim talento pluris æſtimabatur: quæ autem mihi vindico, hæc quinque minis, illa millenis drachmis æſtimavi. Quòd ſi majoris pretii eſſe videbuntur, ubi ſub haſtâ vendita erunt, quod ſupererit accipiet reſpublica.

Ut autem cognoſcatis hæc vera eſſe, vobis teſtes producam; primùm quidem eos qui agros Sphet-

---

[l. 7.] Πλέον, cod. Vindob. μᾶλλον.

[l. 11.] Τετίμηνται, poteſt accipi vel in ſenſu activo, æſtimârunt; vel in ſenſu paſſivo, æſtimata ſunt: non enim Lyſiæ inuſitatum eſt neutra pluralia cum verbis in numero plurali conjungere.

[l. 10, 11 & 12.] Ità phraſim conſtrue, ἐπεγραψάμην πέντε μνᾶς τῷ μὴ ὢν (τούτων ὢν) ἀμφισβητῶ, τῷ δὲ χιλίας δραχμάς. Deindè ἢ εἰ, Ald. non habet, idemque legit τοσοῦτον non τοσούτου.

μένυς παρ' ἐμοῦ τὸ Σφηττοῖ χωρίον· ἐπειτὰ τῶν Κικυννοῖ τοὺς γείτονας, οἳ ἴσασιν ἡμᾶς ἤδη τρία ἔτη ἀμφισβητοῦντας· ἔπ' ἦ τούς τε πέρυσιν ἄρξαντας, ὡς ὃς αἱ δίκαι ἐλήχθησαν· ὡς τοῦ νῦν ναυτο-
5 δίκας. Ἀναγνωσθήσονται ἦ ὑμῖν ὡς αὗται αἱ ἀπογραφαί. Ἐκ τούτων δὲ μάλιστα γνώσεσθε ὅτι ὅτε νεωστὶ ταῦτα τὰ χρήματα ἀξιοῦμεν ἡμέτερα εἶναι, ὅτε νυνὶ περὶ δημοσίῳ πλεόνων ἀμφισβητοῦμεν ἢ περὶ ἐμπροσθεν χρόνῳ τοῖς ἰδιώταις. Καί μοι κάλει
10 μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐ πολὺ τὸ δίκαιον ἀξιῶ μοι ψηφίσασθαι τὸ δεδικασμένον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ πόλει πολλὰ τῶν ἐμαυτοῦ ἀφιείς, τοῦτο ἀξιῶ
15 μοι ἀποδοθῆναι, ἀποδέδεικται. Ἤδη δέ μοι δοκεῖ δίκαιον εἶναι ὡς δεηθῆναι ὑμῶν τε ὡς τῶν συνδίκων ἐναντίον ὑμῶν, βοηθεῖν μοι τὰ δίκαια.

[l. 1 & 2.] Vulg. τὸ Σφηττοῖ sine χωρίον quod accepi è Reiskio & habet cod. Vindob. Legit cod. Brulart. τῶν Σφηττοῖ. Taylorus velit cum Scaligero τὰ Σφηττοῖ. Deindè legitur in vulgatâ, ἔπειτα τὸ Κικυνοῖ, τοὺς γείτονας οἳ ἴσασιν, quod emendavi juxtà eumdem Reiskium.

[l. 2.] Addidi τρία ἔτη ex cod. Vindob.

tenſes

tenses à me conduxerunt, deindè Cicynnorum vicinos qui meminere nos de agris Cicynnensibus tribus abhinc annis disceptantes, tùm autem eos qui superiori anno magistratibus fungebantur, quique de causâ erant cognituri, eos denique qui nunc mercatoriarum litium constituti sunt judices: recitabuntur etiam vobis ipsæ quæstoris tabulæ. Ex his enim maximè cognoscetis, quòd neque nuper hæc bona vindicemus, neque nunc cum fisco de pluribus agamus quàm olìm cum privatis. Et mihi testes voca.

TESTES.

IV. Quòd igitur non præter jus mihi adjudicari rem controversam postulem, sed quòd reipublicæ gratiâ multum de meis decedens, hanc mihi reddi petam, vobis demonstratum est. Jam autem mihi æquum videtur, & vos & syndicos coràm vobis obsecrare ut mihi secundùm justa succurratis.

[l. 4.] Vulg. ἐλέχθησαν à λέγω, dedi ἐλήχθησαν à λαγχάνω. Δίκαι quod præcedit abest à cod. B.

[l. 5 & 6.] Ἀπογραφαὶ, Ald. ὑπογραφαὶ, codd. B & Sang. ἀπογραφαί.

[l. 17.] In vulg. oratio desinit ad ἐναντίον ὑμῶν, ego pauca supplevi quæ mihi videntur necessaria ad complendam phrasim & orationem concludendam.

ANALYSIS

EPILOGI

DE PUBLICATIONE BONORUM

FILII FRATRIS NICIÆ.

PROPOSITUM.

QUIDAM Poliarchus, vel Poliachus, vel Poliochus, vel Poliouchus (nam de hujus nomine variant viri doctiores) effecerat ut bona filii fratris Niciæ publicarentur ob causam nunc ignotam: is epilogo ad commovendos animos maximè idoneo (oratio enim ipsa non extat) nititur ut sua sibi bona reddantur.

I. Impellere judices laborat ratione cognatorum, 1°. Niciæ avunculi, 2°. Eucratis parentis, 3°. Nicerati consobrini, 4°. Diogneti etiam propinqui.

II. Eosdem incendit 1°. contrà Poliarchum, 2°. contrà plerosque oratores qui aliorum bona ideò publicanda curabant, ut majorem ipsorum partem sibi attribuerent.

III. Ipsos obtestatur ne se suis bonis spolient publicæ rei

causâ, ipſorumque animos tenerrimis affectibus permovere ſatagit.

Dici debuit hæc oratio aliquibus annis poſt expulſos triginta tyrannos, versùs annum 402 vel 401 poſt Chriſtum natum.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ

ΔΗΜΕΥΣΕΩΣ

ΤΟΥ ΝΙΚΙΟΥ ΑΔΕΛΦΙΔΟΥ,

ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

ΕΝΘΥΜΗΘΗΤΕ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οἵτινες ὄντες πολῖται καὶ αὐτοὶ, καὶ ὧν προσήκοντες, ἀδικούμενοι ἀξιοῦμεν ἐλεῖσθαι ὑφ' ὑμῶν, καὶ τοῦ δικαίου τυγχάνειν. Οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς
5 οὐσίας ἀγωνιζόμεθα, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς πολιτείας, εἰ χρὴ δημοκρατουμένης τῆς πόλεως ἡμῖν μετεῖναι.

Πρῶτον μὲν οὖν περὶ Νικίου τοῦ ἡμετέρου θείου ἀναμνήσθητε. Ἐκεῖνος γὰρ ὅσα μὲν τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ
10 χρώμενος ὑπὲρ τοῦ πλήθους τοῦ ὑμετέρου ἔπραξε, πανταχοῦ φανήσεται πολλῶν μὲν ἰδίᾳ ἀγαθῶν αἴτιος τῇ πόλει γεγενημένος, πλεῖστα δὲ καὶ μέγιστα καὶ

---

* Ἀδελφιδοῦ, vulg. ἀδελφοῦ, mendum evidens. Nam constat hîc agi non de fratre Niciæ, sed de filio fratris Niciæ. Ceterùm hîc δήμευσις τίνος, publicatio alicujus,

DE PUBLICATIONE, BONORUM FILII FRATRIS NICIÆ, EPILOGUS.

I. CONSIDERATE igitur, judices, & quales nos ipsi cives, & quibuscum genere conjuncti, à vobis misericordiam petamus, & ut justa omnia consequamur injuriâ affecti. Non enim solùm in contentionem venimus de bonis nostris, verùm etiam de civitate, utrùm scilicet nobis concedetur liberâ republicâ frui.

1°. Primùm quidem Niciam, patruum nostrum, in memoriam revocate. Quæcumque enim suo consilio usus pro populo Athenienſi egit, comparebit eum in iis omnibus multorum privatìm bonorum autorem extitisse, & reipublicæ hostes multis in-

intellige, publicatio bonorum alicujus.

[lineâ 1.] Τοίνυν abest à cod. Vindob.

[l. 11.] Pro ἰδίᾳ malit Reiskius νὴ Δία. Ἰδίᾳ intelligo, ipse solus, nec aliis sua secum prosperè gesta participantibus.

τοῦ πολεμίους εἰργασμένους· ὅσα δ' οὐ βουλόμενος, ἀλλ' ἄκων ἠναγκάσθη ποιῆσαι, τῶν μὲν κακῶν οὐκ ἐλάχιστον αὐτὸς μετέχει μέρος, τῇ δ' αἰτίαν τῆς συμφορᾶς οἱ πείσαντες ὑμᾶς δικαίως
5 ἂν ἔχοιεν. Ἐπεὶ τήν γε πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν, καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, ἐν ταῖς δυτυχίαις ταῖς ὑμετέραις καὶ ταῖς δυσυχίαις ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἐπέδειξε. Στρατηγῶν γὰρ πολλὰς μὲν πόλεις εἷλε, πολλὰ δὲ καὶ καλὰ κατὰ τῶν πολεμίων ἔστησε τρόπαια· ὧν καθ'
10 ἓν ἕκαστον πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.

Εὐκράτης τοίνυν, ἀδελφὸς μὲν ὢν ἐκείνου, πατὴρ δ' ἐμός, ἤδη τῆς τελευταίας ναυμαχίας γεγενημένης φανερὰν ἐπεδείξατο τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχε περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. Ἡττημένων γὰρ
15 ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, στρατηγὸς ὑφ' ὑμῶν ἡρημένος, καὶ συναναλώσας μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας ὑπὸ τῶν ὀπισθοδόντων τοῦ πλήθους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτοῖς πείθεσθαι, ἐν οἷστῳ μὲν καιρῷ ληφθεὶς, ἐν ᾧ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων καὶ μεταβάλλονται
20 πρὸς τὰ παρόντα, καὶ ταῖς τύχαις εἴκουσι, δυσυχοῦντος τοῦ δήμου, οὐκ ἀπελαυνόμενος δὲ τῆς

[l. 7.] Ἐπέδειξε, cod. Vindob. ἐπέδειξα, pro quo Reiskius conjicit ἐπεδείξαλο.

[l. 8.] Εἷλε, Ald. εἶχε. Mox pro ἔστησε cod. Vindob. habet ἐστήσαλο.

[l. 14.] Pro περὶ malim πρός.

ſignibusque malis affeciſſe: quæcumque autem non ſuâ ſponte, ſed invitus facere coactus eſt, in his calamitatum non minimam partem ipſe pertulit, culpam verò in eos jure conferatis quorum conſiliis ea ſunt ſuſcepta: nam ſuam ergà vos benevolentiam ſuamque virtutem, & in veſtris ſecundis rebus hoſtiumque adverſis, ſatis declaravit. Qui vobis imperans multas urbes cepit, multa & præclara contrà hoſtes ſtatuit tropæa; quorum unumquodque ſingulatìm recenſere eſſet infinitum.

2°. Eucrates autem ejus frater, pater meus, poſt ultimum iſtud navale prælium, ſtudium ſuum in rempublicam inſigniter demonſtravit. Veſtrâ enim claſſe profligatâ, dux à vobis creatus, & ab iis inductus qui popularem ſtatum labefactare moliebantur, ut oligarchiæ particeps fieret, eis parere noluit, licet in eo rerum articulo deprehenſus in quo plurimi rebus præſentibus ſe accommodant & fortunæ cedunt, populo infortuniis oppreſſo, licet non excluſus rebus gerendis, nec privatâ aliquâ

[l. 14 & 15.] Ἡτ]ημένων, ſub. ὑμῶν. Vulg. habet ναυμαχίᾳ ſine τῇ.

[l. 17.] Ἐπιβουλευόν]ων, Ald. συμβουλευόν]ων, codd. Sang. & Vindob. βουλευόν]ων.

[l. 18.] Poſt τοιούτῳ addidi μὲν quod abeſt à vulg. ſicut & paulò inferiùs δὲ poſt ἀπελαυνόμενος.

πολιτείας, ὑπὲρ ἰδίας ἔχθρας ὑπαρχούσης πρὸς τοὺς ἄρξειν μέλλοντας· ἀλλ' ἐξὸν αὐτῷ καὶ τῷ Τριάκοντα γνώναι, καὶ μηδενὸς ἔλαττον δύναται, μᾶλλον εἵλετο πρᾶττων ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ἀπολέσθαι, ἢ ὁπόδειν τείχη καθαιρούμενα, καὶ τὰς ναῦς τοῖς πολεμίοις παραδιδομένας, καὶ τὸ ὑμέτερον πλῆθος καταδεδουλωμένον.

Καὶ ὁ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον Νικήρατος, ἀνεψιὸς ὢν ἐμοὶ, καὶ υἱὸς Νικίου, εὔνους ὢν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει, συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν Τριάκοντα ἀπέθανεν· οὔτε γένει, οὔτε οὐσίᾳ, οὐδ' ἡλικίᾳ δοκῶν ἀνάξιος εἶναι τῆς πολιτείας μεταχεῖν. Ἀλλὰ τοιαῦτα ἐνόμιζε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πρὸς τὸ ὑμέτερον πλῆθος εἶναι, καὶ λαμὰ σὺν προγόνους καὶ δι' αὐτὸν, ὥστε οὐκ ἄν ποθ' ἑτέρας ὁπιθυμῆσαι πολιτείας. Συνήδεσαν γὰρ ἅπασιν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς πολιτείας τιμωμένοις, καὶ πολλαχοῦ μὲν ὑπὲρ ὑμῶν κεκινδυνευκόσι, μεγάλας δὲ εἰσφορὰς εἰσενηνοχόσι, καὶ λειτουργηκόσι κάλλιστα, καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς πώποτ' ὀπόσαπιν ὧν ἡ πόλις αὐτοῖς προσέταξεν, ἀλλὰ προθύμως λειτουργοῦσι. Καίτοι τίνες ἂν ἡμῶν εἴπαιν δυσυχέστεροι, εἰ ἐν μὲ τῇ ὀλιγαρχίᾳ ὀποθνήσκοιμεν, εὔνοι ὄντες

[l. 6 & 7.] Habet quoque cod. Sang. παραδιδομένας, Ald. παραδεδομένας.

ſimultate ab iis alienatus qui dominatum appetebant; at quum ipſe poſſet trigintavirorum unus fieri, & nulli horum potentiâ eſſe inferior, maluit veſtræ ſaluti conſulens interire, quàm videre muros dirutos, claſſem hoſtibus traditam populumque in ſervitutem redactum.

3°. Non multo tempore poſt Niceratus, Niciæ filius, patruelis meus, quum populo ſtudioſus eſſet, à trigintaviris comprehenſus interfectus eſt, quamvis nec propter genus, nec propter cenſum, nec propter ætatem indignus videretur qui ad res adminiſtrandas accederet. Exiſtimabat nempè eam ſibi intercedere cum populo neceſſitudinem & à majoribus & à ſeipſo natam, ut alienam reipublicæ formam nunquam concupiſceret. Noverat enim ſe & avos ſuos à republicâ fuiſſe honoratos, ſæpiùs ſe pro veſtrâ ſalute periculis objeciſſe, tributa magna perſolviſſe, civilibus officiis cum laude defunctos fuiſſe, & nihil unquam detrectaſſe eorum quæ civitas ipſis imperaverat, ſed munia alacriter obiiſſe. Attamen quinam nobis erunt infeliciores, ſi intereamus in oligarchiâ quòd benevolentiam in populum decla-

---

[l. 15.] Καὶ δι' αὐτὸν, vulg. & αὐτόν.

[l. 16.] Ἀπασιν αὐτοῖς, nempè, ipſi Nicerato & ipſius majoribus.

τῷ πλήθει, ἐν ᾗ τῇ δημοκρατίᾳ, ὡς κακόνοι ὄντες τῷ πλήθει, ἀποστερούμεθα τῶν ὄντων;

Καὶ μὴ δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὁ Διόγνητος ἀβληθεὶς μὴ ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν, φεύγων ὤχετο, μετ' ὀλίγων ᾗ τῶν ἐκπεπτωκότων ὅτ' ὅπὶ τὴν πόλιν ἐστρατεύσατο, ὅτ' εἰς Δεκέλειαν ἀφίκετο· ὅδ' ἔστιν ὅτου κακῶ αἴτιος, ὅτε φυγὼν, ὅτε κατελθὼν, τῷ ὑμετέρῳ πλήθει γεγένηται· ἀλλ' εἰς τοῦτ' ἀρετῆς ἦλθεν, ὥστε μᾶλλον ὀργίζετο τοῖς εἰς ὑμᾶς ἡμαρτηκόσιν, ἢ τοῖς αὐτῷ τῆς ἐξόδου αἰτίοις γεγενημένοις. Καὶ ἀρχὴν μὴ ἀδεμίαν ἦρξεν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ· ἐπειδὴ ᾗ τάχιστα ἦλθον εἰς τὴν Ἀκαδημίαν Λακεδαιμόνιοι ὁ Παυσανίας, λαβὼν τὸν Νικηράτου ὁ ἡμᾶς παῖδας ὄντας, ἐκεῖνον μὲ κατέθηκεν ὅπὶ τοῖς γόνασι τοῖς Παυσανίου, ἡμᾶς ᾗ ἀδικησάμενος, ἔλεγε πρὸς ἐκεῖνον ὁ τοῦ ἄλλους τοῦ παρόντας ὅσα εἴημεν πεπονθότες, ὁ οἵαις τύχαις κεχρημένοι· ὁ ἠξίου Παυσανίαν βοηθῆσαι, ὁ διὰ τὴν φιλίαν ὁ διὰ τὴν ξενίαν τὴν ὑπάρχουσαν, ὁ ἱκετεύειν γενέσθαι τῶν εἰς ἡμᾶς ἡμαρτηκότων. Ὅθεν Παυσανίας ἤρξατο εὔνους εἶναι τῷ δήμῳ, παράδειγμα ποιούμενος πρὸς τοῦ ἄλλους Λακεδαιμονίους τὰς ἠμελείας συμφορὰς τῆς τῶν Τριακοντα πονηρίας. Δῆλον γὰρ ἅπασι

[l. 1.] Κακόνοι, vulg. κακοί.

ravimus; in democratiâ verò, tanquam populo malevoli, fortunis noſtris ſpoliemur?

4°. Jam verò, judices, Diognetus criminationibus falſis impetitus, quum è civitate ejectus eſſet, cum paucis exulibus neque contrà patriam militavit, neque confugit ad Deceleam, neque populo ullius calamitatis autor extitit aut in exilio aut in reditu; ſed eò virtutis proceſſit ut magis ſuccenſeret iis qui in vos deliquerant quam iis qui ſe ejecerant. Ac nullo magiſtratu functus eſt in oligarchiâ; ſtatìm atque autem Academiam acceſſerunt Lacedæmonii & Pauſanias, ſumens ille Nicerati filium, meque puerulum adhuc, illum impoſuit genibus Pauſaniæ, meque admoto, ei & ceteris qui aſtabant narrabat qualia perpeſſi & quali fortunâ uſi fuerimus, & obſecravit Pauſaniam ut ſuppetias ferret propter hoſpitium & amicitiam quæ ſibi cum ipſo erat, atque ut pœnas repeteret eorum quæ in nos commiſſa ſunt. Undè Pauſanias populo ſtudere cœpit, ad ceteros Lacedæmonios noſtris calamitatibus uſus exemplo trigintavirilis improbitatis. Manifeſtum enim erat cunctis Pelo-

---

[l. 10.] Ἐξόδυ, vulg. καθόδυ.

[l. 13.] Ἀκαδημίαν, haud ignorant fuiſſe locum quemdam Athenis ità dictum.

[l. 23.] Ἡμελέρας, cod. Sang. ὑμελέρας.

τοῖς ἐλθοῦσι Πελοποννησίων ἐγεγένητο, ὅτι οὐ τοῦ πονηρότατος τῶν πολιτῶν ἀπέκτεινον, ἀλλ' οὓς μάλιστα προσῆκον καὶ διὰ γένος καὶ διὰ πλοῦτον καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἠμάθησαν. Οὕτω δὴ ἠλεύ-
5 μεθα καὶ πᾶσι δεινὰ ἐδοκοῦμεν πεπονθέναι, ὥστε Παυσανίας τὰ μὲν πρὸς τῶν Τριακόντα ξένια οὐκ ἠθέλησε λαβεῖν, τὰ δ' παρ' ἡμῶν ἐδέξατο. Καίτοι δεινὸν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑπὸ μὲν τῶν πολεμίων παῖδας ἡμᾶς ὄντας ἐλεεῖσθαι, οἱ τῇ ὀλιγαρχίᾳ
10 βοηθήσοντες ἦλθον· ὑπὸ δὲ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοιούτους γεγενημένους, τῶν ὄντων ἀποστερεῖσθαι· ὧν οἱ πατέρες ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας ἀπέθανον.

Εὖ δ' οἶδ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι πρὸς πλεί-
15 στου ἂν ποιήσαιτο Πολίαρχος τοῦτον τὸν ἀγῶνα καταρθῶσαι, ἡγούμενος αὐτῷ καλὴν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ πρὸς τοῦ πολίτας καὶ τοῦ ξένους, ὅτι Ἀθηναίοις τοσοῦτον δύναται, ὡς θ' ὑμᾶς τοῦ αὐτοῦς, πρὸς ὧν ὅρκους ὀμωμόκατε, ὑμῖν αὐτοῖς τὰ
20 ἐναντία ποιεῖν ψηφίζεσθαι. Πάντες γὰρ ἴσασιν ὅτι τότε μὲν χιλίαις δραχμαῖς ἐζημιώσατε τὸν βουλόμενον τὴν ἡμετέραν γῆν δημοσίαν ποιῆσαι,

---

[2 & 3.] Οὓς, vulg. οἷς. Ad προσῆκον sub. ἐστί.

[l. 15.] Πολίαρχος, cod. Sang. habet Πολίαχος, quod Stephanus dat ad marginem. Alii velint Πολίοχος

ponnensibus qui aderant, istos non civium improbissimos occidere, sed quos maximè decuit propter genus & divitias ceteraque merita honorari. Eam autem misericordiam consecuti sumus, & ità indigna omnibus videbamur pertulisse, ut Pausanias noluerit à trigintaviris hospitalia munera accipere quæ à nobis accepit. Atqui, judices, durum sanè foret nos, quum pueruli adhuc misericordiam consecuti fuerimus ab iis hostibus qui aderant oligarchiæ subventuri, à vobis ipsis, judices, nostris facultatibus spoliari qui tales nos exhibuimus, & quorum patres pro democratiâ occubuere.

II. 1°. Equidem non dubito, judices, quin plurimi faceret Poliarchus in hâc causâ vincere, ratus id sibi fore egregium tùm apud cives tùm apud exteros, tantùm se posse Athenis ut vos ipsos cogat vobismetipsis contraria statuere in iis causis ad quas jurati acceditis. Omnes enim cognoscent vos olìm mille drachmis mulctasse hominem qui agros nostros publicare voluit, & eum

---

ex Harpocratione à quo laudatur hoc nomen tanquam nomen proprium; alii Πολίαχος cùm ex Suida, tùm ex Galeno qui laudat orationem quamdam Lysiæ κατὰ Πολιάχου.

[l. 17.] Καὶ τὰς, antè τὰς velim addi πρός.

[l. 21.] Ἐζημιώσαλε, vulg. ἐζημίωσε.

νυνὶ ᾗ ὁ κελεύων δημεῦσαι, νενίκηκε· περὶ τούτων ᾗ ἀμφοτέρων Ἀθηναῖοι, παρανόμων φεύγοντες τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς, τἀναντία σφίσιν αὐτοῖς ἐψηφίσαντο. Οὐκοῦν αἰσχρὸν, εἰ ἃ μὴ Λακεδαιμονίοις συνέθεσθε, βεβαιώσετε, ἃ ᾗ αὐτοῖς ἐψηφίσασθε, οὔπω ῥαδίως ἀναλύσετε· ἢ τοῖς μὴ ἄλλοις Ἕλλησιν ὀργίζοισθε, εἴ τις Λακεδαιμονίους ὑμῖν περὶ πλείονος ποιεῖται, ὑμεῖς δ' αὐτοὶ φανήσεσθε πιστότερον περὶ ἐκείνους ἢ περὶ ὑμᾶς αὐτοὺς διακείμενοι.

Ἄξιον δὲ μάλιστα θαυμάσαι, ὅτι οὕτως ἤδη οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες ἀμάκεινται, ὥστ' οὐχ ὅ,τι ἂν τῇ πόλει βέλτιστον ᾖ, τοῦτο οἱ ῥήτορες λέγουσιν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἂν αὐτοὶ κερδαίνειν μέλλωσι, ταῦτα ὑμεῖς ψηφίζεσθε. Καὶ εἰ μὲν περὶ

[l. 1, 2 & 3.] Vulg. dat νυνὶ ᾗ κελεύων δημεῦσαι, νενίκηκε. Καὶ περὶ τούτων ᾗ ἀμφοτέρων Ἀθηναῖοι παρανόμων φεύγοντες τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς, quod emendavi ut legitur. Quid sibi velint περὶ τούτων ἀμφοτέρων vix intelligo; num, in his duobus temporibus? num, in hâc utrâque causâ? Τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς, hic idem vir est ipse reus, is ipse qui nunc causam dicit. Περὶ τούτων ᾗ, pro δὲ cod. Sang. habet δή.

[l. 5.] Βεβαιώσετε, cod. Vindob. βεβαιώσαιτε. Deindè vulg. αὐτοῖς, dedi αὐτοῖς cum spiritu aspero quod accipio pro σφίσιν αὐτοῖς.

nunc causâ vicisse qui idem facere vos jubet; & Athenienses in duplici causâ, eodem homine legum violatarum reo, contrarias sibi invicem sententias tulisse. Turpe esset igitur vos qui rata facitis ea quæ cum Lacedæmoniis pepigistis, adeò temerè violare quæ vobismetipsis statuistis: turpe esset vos qui ceteris Græcis succensetis si quis Lacedæmonios pluris quàm Athenienses fecerit, majorem fidem conspici cum illis quàm cum vobismetipsis servare.

2°. Tùm autem maximè indignandum est, plurimos eorum qui ad rempublicam accedunt ità se gerere, ut non quod reipublicæ sit utilissimum, id oratores suadeant, sed quod ex ipsorum re sit futurum, id vos decernatis. Quòd si populo istud

---

[l. 6.] Vulg. habet διαλύσεῖε· ἢ τὰς μὲν πρὸς ἐκείνους συνθήκας, κυρίας ποιήσεσθε, ἢ τοῖς ἄλλοις. Delevi ἢ τὰς μὲν πρὸς ἐκείνους συνθήκας, κυρίας ποιήσεσθε, ut vanam eorum quæ jam dicta sunt iterationem, & interpretationem fortassis extrà textum, in textum intrusam, ac pro his legi ἢ τοῖς μὲν ἄλλοις, quod Stephanus dedit ad marginem & habent codd. Sang. & Vindob. In his quæ rejeci pro ποιήσεσθε codd. Sang. & Vindob. legunt ποιήσεῖε quod admisit Reiskius & quod ego quoque malim.

[l. 11.] Φθονῆσαι idem est hîc atque ἀγανακτῆσαι.

ὑμετέρῳ πλήθει συνέφερε οὐ μὴ ἔχειν τὰ ἀλλοτρία, τοῦ δὲ ἀδίκως δεδημευκότος τὴν οὐσίαν, εἰκότως ἂν ἠμελεῖτε τῶν ὑφ' ἡμῶν λεγομένων· νυνὶ δὲ πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε, ὁμόνοιαν μέγιστον ἀγαθὸν εἰς πόλει, σάσιν δὲ πάντων κακῶν αἰτίαν· διαφέρεσθαι δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐκ τοῦ βιούτων μάλις', ἂν οἱ μὲν τοῦ ἀλλοτρίων ἐπιθυμῶσιν, οἱ δ' ἐκ τοῦ ὄντων ἐκπίπτωσι. Καὶ ταῦθ' ὑμεῖς ἔγνωτε, νεωστὶ κατελθόντες, ὀρθῶς βουλόμενοι. Ἐπὶ δὲ ἐμέμνησθε τῶν γεγενημένων συμφορῶν, καὶ τοῖς θεοῖς εἰς ὁμόνοιαν εὔχεσθε καταστῆναι τὴν πόλιν μᾶλλον, ἢ ἐπὶ νικῶσιν τοῦ παρεληλυθότων βασιλεύσαι, τὸ μὲ πόλιν σασιάσαι, οὐδ' ἂν λέγοντας ταχέως πλουτῆσαι. Καίτοι πλείων συγγνώμη μνησικακεῖν νεωστὶ κατελθοῦσιν, ἐπὶ τῆς ὀργῆς οὔσης πρόσφατον, ἢ τοσούτῳ χρόνῳ ὕστερον ἐπὶ νικῶσιν τοῦ παρεληλυθότων βασιλέως, ὑπὸ βιούτων πεσόντας, οἳ ἐν ἄστει μείναντες, ταύτῃ ὑμῖν οἴονται δεδόναι πίστιν τῆς αὐτῶν εὐνοίας,

---

[l. 1 & 2.] Vulg. τὰ αὐτά, dedi τὰ ἀλλοτρία, juxtà quod inferiùs l. 7 legitur τοῦ ἀλλοτρίων. Pro τὰ αὐτά cod. Sang. dat τὰ αὐτῶν.

[l. 2 & 3.] Εἰκότως ἄν. Deest ἂν in vulg.

[l. 5.] Vulg. τῇ πόλει, ejeci τῇ quod non habent codd. Sang. & Vindob., & eò libentiùs ejeci quòd hîc non videatur agi de Athenis peculiariter, sed de quâ um-

conferret,

conferret, alios aliena possidere, aliorum fortunas injustè publicari, orationem nostram haud injuriâ negligeretis: jam verò vos omnes confessuros esse arbitror, reipublicæ cuivis maximum esse bonum concordiam, discordiam autem omnium malorum causam; & ex his præcipuè oriri dissidium si alii aliena concupiscant, alii fortunis suis exuantur. Id quod vos statuistis nuper domum reversi, optimo consilio. Memineratis enim adhuc præteritarum calamitatum, deisque potiùs supplicastis ut ad concordiam cives redigerentur, quàm ut ex suppliciis ob res præteritas sumptis ad seditionem concitarentur, atque ità oratores vestri citiùs ditescerent. Attamen id magis condonandum fuisset, vos modò reversos maleficiorum memoriam gerere, recenti adhuc indignatione, quàm post diutinum tempus injurias præteritas velle persequi; ab iis persuasos, qui, quòd domi remanserunt, eam suæ benevolentiæ fidem vobis dare existimant, si

---

que republicâ.

[l. 13.] Vulg. τραπόμενοι, dedi juxtà Reiskium τραπομένοις subaudiendo ὑμῖν.

[l. 15.] Stephanus proponit ad marginem μὴ μνησικακεῖν. Sed non debet admitti μὴ quamvis istam negationem habeant codd. Sang. & Vindob.

[l. 17 & 18.] Ὑπὸ τοιούτων, cod. Vindob. ὑπὸ τῶν τοιούτων.

[18.] Ταύτην, vulg. αὐτήν.

ἑτέρους κακῶς ποιοῦντες, ἀλλ' οὐ σφᾶς αὐτοὺς χρηστοὺς παρέχοντες· καὶ νυνὶ τὴν τῆς πόλεως δυτυχίαν ἀπολαύοντες, ἀλλ' οὐ πρότερον τὴν ὑμετέρων κινδύνων μετέχοντες.

5 Καὶ εἰ μὴ ἐωρᾶτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, σωζόμενα τῇ πόλει τὰ ὑπὸ τούτων δημευόμενα, συγγνώμην ἂν εἴχομεν· νυνὶ δ' ὁπίσαθε ὅτι τὰ μὴ αὐτῶν ὑπὸ τούτων ἀφανίζεται, τὰ δὲ πολλοῦ ἄξια ὄντα ὀλίγου πιπράσκεται. Ἂν δέ μοι πεί-
10 θηαθε, οὐκ ἐλάττω ἀπ' αὐτῶν ὑμεῖς ὠφεληθήσεαθε, ἢ ἡμεῖς οἱ κεκτημένοι. Ἐπεὶ καὶ νυνὶ Διόμνηστος, κἀγώ, κὁ ἀδελφὸς, ἐκ μιᾶς οἰκίας ζῆς ὄντες ζιηραρχοῦμεν· κὅταν ἡ πόλις δέῃ χρημάτων, ἀπὸ τούτων ὑμῖν εἰσφέρομεν.

15 Ὡς οὖν ἡμῶν ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρωμένων, κὁ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων ζιούτων γεγυμνασμένων, φείδεαθε ἡμῶν. Οὐδὲν γὰρ ἂν ἡμᾶς κωλύοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀθλιωτάτους εἶναι, ὅτι μὴ τῶν Τειάκοντα ὀρφανοὺς καταλειφθέντας, ἐν ᾗ τῇ δη-
20 μοκρατίᾳ τῶν ὄντων ἐστερημένους, οἷς ἡ τύχη παρέδωκεν, ὥστ' ἔτι ἡμᾶς παῖδας ὄντας ὑπὸ τὴν

[l. 1.] Κακῶς, cod. Vindob. κάκους.

[l. 5.] Vulg. ἑωρᾶτε, cum Reiskio legi ἑωρᾶτο.

[l. 11 & 12.] Διόμνηστος videtur idem esse ac is qui suprà nominatur Διόγνητος, ac proindè vel hîc legendum Διόγνητος, vel suprà Διόμνηστος.

vexent ceteros, non si semetipsos bonos cives præstent, qui nunc reipublicæ prosperâ fortunâ utuntur, nec vestrorum periculorum partem anteà habuerunt.

III. Quòd si, judices, ità esset actum, ut quæ ab istis publicantur, in civitatis commodum cederent, non molestè ferrem: nunc autem videtis horum alia ab ipsis intercipi, & quæ maximi sunt pretii, vilissimo venire. At si mihi auscultatis, ex iis vos fructum percepturi eritis non minorem quàm nos qui ea possidemus; quandoquidem etiam nunc Diomnestus & ego & frater, tres ex unâ domo, triremium præfecturam gerimus; & ubi civitati opus sit pecuniis, ex nostris facultatibus in vestram utilitatem conferimus.

Nobis igitur, quum ità simus animati, majoresque nostri tales se præstiterint, nobis, inquam, parcite. Neque enim non possumus esse, judices, omnium miserrimi, qui sub trigintavirorum dominatu orbi relicti, restitutâ republicâ bonis omnibus exuimur: quibus tamen id largita est fortuna, ut in puerili adhuc ætate, ad Pausaniæ tentorium

---

[1. 17.] Κωλύῃ. Ald. κωλύει, cdod. Sang. & Vindob. κωλύοι.

[1. 18.] Ἀθλιωτάτους, vulg. ἀθλωθεάτους, cod. Sang. ἀθλιοθεάτους.

Παυσανίου σκιωνὴν ἐλθόντας βοηθῆσαι τῷ πλήθει. Καὶ Τιούτων ἡμῖν ὑπαρχόντων, εἰς τίνας ἂν ἐβουλήθημεν δικασὰς καταφυγεῖν; οὐκ εἰς σὺ ὅτω πολιτευομένους τὴ πολιτείαν ὑπὲρ ἧς ὁ πατὴρ καὶ
5 οἱ προσήκοντες ἡμῖν ἀπέθανον; Νῦν τοίνυν ταύτῃ ἀνθ' ἁπάντων ἀπαλλοῦμεν ὑμᾶς τὴν χάριν, μὴ φειδεῖν ἡμᾶς δόξας δικαστεθέντας, μηδ' ἐνδεεῖς τῶν ὀπτηδείων γεγενημένους· μηδὲ τὴν τῶν προγόνων εὐδαιμονίαν καταλῦσαι, ἀλλὰ
10 πολὺ μᾶλλον παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς βουλομένοις τὴ πόλιν εὖ ποιεῖν, οἷον ὑμῖν ἐν τοῖς κινδύνοις τεύξον). Οὐκ ἔχω, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔστινας δεησομένους ὑπὲρ ἡμῶν ἀναβιβάσωμαι. Τῶν γὰρ προσηκόντων οἱ μὲ ἄνδρας ἀγαθοὺς αὐτοὺς
15 παραχόντες, καὶ μεγάλου τὴ πόλιν ποιοῦντες, ἐν τῷ πολέμῳ τεθνᾶσιν· οἱ δ' ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερείας ὑπὸ τῶν Τριάκοντα κώνειον πίοντες. Ὅστε τῆς ἐρημίας τῆς ἡμετέρας αἴτιοι γεγόνασιν αἱ τε τῶν προσηκόντων ἀρετὴ, καὶ αἱ τῆς πόλεως συμφοραί. Ὧν ἄξιον ὑμᾶς ἐνθυμηθέντας, προθύμως ἡμῖν βοηθῆσαι· ἡγησαμένους τούτους ἂν ἐν δημοκρατίᾳ δικαίως εὖ πάσχειν ὑφ' ὑμῶν, οἵους ἐν ὀλιγαρχίᾳ τῶν συμ-

---

[1. 4.] Vulg. habet πολιτευομένους ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἧς καὶ ὁ πατὴρ, quod emendavi ut legitur.

delati Athenienſi populo opitularemur. Quum res nobis ità habeant, ad quos judices confugeremus? nonne ad eos qui eam reipublicæ formam tuentur pro quâ & pater & cognati noſtri occubuere? Pro his omnibus eam unam à vobis repoſcimus gratiam, ne nos ſinatis in extremas anguſtias redactos, rerum neceſſariarum inopiâ premi; neu majorum noſtrorum felicitatem ſubvertatis; ſed potiùs nos velitis eſſe exemplo iis qui de republicâ benè mereri cupiunt, quales vos in periculis erunt nacturi. Non habeo, judices, quos producam noſtrûm causâ deprecaturos. Cognatorum enim alii ſtrenuorum virorum functi officio, & publicæ gloriæ ſtudioſi, in bello periere; alii à trigintaviris, veſtræ democratiæ veſtræque libertatis gratiâ, cicutâ interempti ſunt. Noſtram igitur ſolitudinem effecerunt & domeſtica virtus & reipublicæ calamitates. Quorum vos memores decet nobis ſubvenire alacriter, reputantes nempè eos in democratiâ beneficiis eſſe à vobis exornandos, qui in oligarchiâ calamitatum partem ſuſtinuerunt. De-

---

[1. 8.] Γεγενημένους, cod. Sang. & Vindob. γενομένους.

[1. 13.] Ἀναβιβάσωμαι, codd. Sang. & Vindob. ἀναβιβάσομαι. Mox & μεγάλην cod. Vindob. non habet καί. Denique pro τῆς ὑμετέρας Ald. τῆς ἡμετέρας.

[1. 19.] Αἴτιοι, codd. Sang. & Vindob. αἴτιαι.

φορῶν μετέχον μέρος. Ἄξιον δὲ καὶ τούτους τοὺς συνδίκους εὔνους ἡμῖν εἶναι, αὐτοὺς καὶ ὑμᾶς, ἐκείνου τοῦ χρόνου μνησθέντας ὅτ' ἐκ τῆς πατρίδος ἐκπεπτωκότες, καὶ τὰς οὐσίας ἀπολωλεκότες, ἄνδρας ἀρίστους ἐνομίζετ' εἶναι τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθνήσκοντας, καὶ τοῖς θεοῖς εὐχεσθε συνηθῆναι χάριν τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀποδοῦναι. Ἡμεῖς τοίνυν, ὑμεῖς ὄντες καὶ συγγενεῖς τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πεπεκινδυνευκότων, ἀπαιτοῦμεν ὑμᾶς νυνὶ ταύτην τε χάριν, καὶ ἀξιοῦμεν μὴ ἀδίκως ἡμᾶς ἀπολέσαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον βοηθεῖν τοῖς τῶν αὐτῶν μεταχοῦσι συμφορῶν. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω, καὶ τούτων παρ' ὑμῶν τυγχάνειν ἀξιῶ. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν κινδυνεύομεν, ἀλλὰ περὶ τῶν ὄντων ἁπάντων.

[l. 1, 2 & 3.] Vulg. ἀξιῶ δὲ καὶ τούτους τοὺς συνδίκους εὔνους ἡμῖν εἶναι, ἐκείνου τοῦ χρόνου, hîc mihi visa sunt

cet ſyndicos quoque, ſicut & vos, nobis eſſe benevolos, illam tempeſtatem recordantes quum patriâ pulſi & fortunis exuti, eos exiſtimabatis viros optimos qui pro vobis interierunt, & orabatis ſuperos ut poſſetis aliquandò illorum poſteris gratiam referre. Nos igitur, filii & cognati eorum qui pro libertate pericula adierunt, eam hodie gratiam expoſcimus; rogamusque ne nos per injuriam perdatis, ſed ut potiùs ſuccurratis veſtrarum calamitatum ſociis. Ego igitur obſecro & obteſtor ut hæc à vobis impetrem: non enim de rebus minimis periclitamur, ſed de fortunis omnibus.

---

pauca deeſſe, quæ, ut licuit, ſupplevi mutando ἀξιῶ in ἄξιον.

[1. 9.] Προκεκινδυνευκότων, cod. Vindob. προκινδυνευόντων.

ANALYSIS ORATIONIS DE BONIS ARISTOPHANIS, AD ÆRARIUM.

QUIDAM Ariſtophanes, in negotiis publicis verſatus, morte condemnatus fuerat, ipſe & ejus parens Nicophemus, ob cauſam nunc ignotam, & omnia ipſius bona publicata fuerant. Multò minora inventa ſunt & pecuniæ & ſupellex quàm ſpes erat inventum iri. Hujus qui loquitur pater, cujus filiam duxerat Ariſtophanes, accuſatus fuit ad ærarium tanquam qui avertiſſet majorem ſui generi bonorum partem. Quo antè judicium mortuo, & hujus memoriam & ſeipſum defendere conatur filius, & id probare contendit Ariſtophanem non fuiſſe ditiſſimum, multa in civitatem impendiſſe, ac proindè magnum debere videri quod poſt mortem illius repertum fuit.

Exordium.

Exordio ſatis longo is qui loquitur 1°. oſtendit quantis in anguſtiis verſetur, juvenis, rerum & dicendi imperitus, quum ſibi ad exquiſitas peritiſſimorum calumniatorum argutias reſpondendum ſit. Excurrit in calumniam & in ea quæ injuſtè facere ſæpiùs adegit; undè judices timere debent ne iſtius verbis in errorem inducantur. 2°. Vicem Nicophemi, Ariſtophanis filii, hujus liberorum & ſuam ipſius deplorat. Dicit parentem ſuum multa civitati largitum fuiſſe, ſperatque in cauſâ quamvis difficillimâ ſe facilè evicturum nihil veri protuliſſe accuſatores, dummodò ipſum judices usque ad finem benevolè audiant.

Confirmatio.

Id præcipuè intendit reus ut judicibus persuadeat Aristophanem non fuisse divitem, itaque

I. Narrat quomodo ille per sororis matrimonium familiæ suæ fuerit conjunctus, quam ob causam pater filiam illi nubendam dederit, multisque exemplis arguit patrem in suis & liberûm affinitatibus divitias & pecuniam non spectasse.

II. Paulò fusiùs enumerat quæcumque in civitatem insumpserit Aristophanes, quæcumque à cognatis, ab affinibus, ab amicis mutuatus fuerit, undè patet non multam pecuniam, non amplam suppellectilem reliquisse, nec pauca videri debere quæ illo mortuo reperta sunt. His omnibus probationibus adjicere voluit juramentum coràm ærarii syndicis, se nihil habere Aristophanis bonorum. Concludit se miserrimum fore, si, quum sororis dotem non receperit, & ipsius liberos alere cogatur, suæ ipsius fortunæ reliquiis spoliaretur.

III. Comparat fortunam Aristophanis cum celeberrimi Cononis fortunâ, & quum illa hujus tertiam partem superaverit, clarum est nihil subductum fuisse ex publicatis bonis.

IV. 1°. Multa profert exempla fortunarum quæ opinione publicâ visæ sunt longè inferiores; 2°. istorum errorum causas explicat; 3°. obtestatur judices ne se decipi patiantur.

V. Totam concludit orationem ostendendo quantâ ipse modestiâ vixerit, quàm probè se gesserit ergà parentem, quàm magnificè parens egerit ergà civitatem, undè ipsius opes non parùm diminutæ sunt, & à judicibus petit ne filium spolient iis quæ reliqua sunt & quibus utetur in bonum publicum.

Dicta debuit hæc oratio paucis annis post Cononis mortem, versùs annum 391 vel 390 antè Christum natum.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ
ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ,
ΧΡΗΜΑΤΩΝ,
ΠΡΟΣ ΤΟ ΔΗΜΟΣΙΟΝ.

ΠΟΛΛΗΝ μοι ἀπορίαν παρέχει ὁ ἀγὼν οὗτοσί, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅταν ἐνθυμηθῶ ὅτι ἂν ἐγὼ μὲ μὴ νῦν εὖ εἴπω, οὐ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ δόξει ἀδικῶν εἶναι, καὶ γὰρ ὄντων ἁπάντων στερή-
5 σομαι. Ἀνάγκη οὖν, εἰ καὶ μὴ δεινὸς ὢν τὰ τοιαῦτα πέφυκα, βοηθεῖν τῷ πατρὶ τῷ ἐμαυτῷ, ὅτῳ ὅπως ἂν δύνωμαι. Τὴν μὲν οὖν ὠφελησικρατὴν καὶ εὐθυμίαν γὰρ ἐκθεῶν ὁρᾶτε, καὶ οὐδὲν δεῖ περὶ τούτων λέγειν· τὴν δ' ἐμὴν ἀπραξίαν πάντες ἴσασιν
10 ὅσοι ἐμὲ γιγνώσκουσιν. Αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκούσαι, ὥσπερ γὰρ καταγέλαστον. Ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἂν ὀξὺ ἴσου ἀκροᾶται, ἔλαττον ἔχειν. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ
15 ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἡμεῖς δ' ἀγωνιζόμεθα μὴ δεινῆς καὶ παραβολῆς

[lineâ 4.] Ὄντων, cod. Vindob. ἄλλων.

DE BONIS ARISTOPHANIS, AD ÆRARIUM.

EXORDIUM.

1°. INGENTEM mihi affert ſollicitudinem hæc cauſa, judices, dùm in animo mecum reputo quòd, ſi nunc minùs idoneè dicam, non ego ſolùm, verùm etiam pater meus videbitur iniqua egiſſe, & præterea bonis omnibus exutus ero. Neceſſe eſt igitur, tametſi ad dicendum minimè aptus ſim naturâ, & patri & mihi ipſi ſuccurrere quàm poterò commodiſſimè. Apparatum inimicorum & ſtudium perſpicitis, neque opus habeo de eâ re pluribus admonere; meam autem dicendi inopiam ſciunt omnes qui me nôrunt. Quare à vobis poſtulo ut mihi quæ juſta ſunt & facilia gratificemini, ſcilicet ut & nos, quemadmodum accuſatores, omni irâ remotâ, audiatis. Neceſſe eſt enim reum, tametſi æquo ſtudio utrique attendatis, non tamen ex æquo contendere. Quippè accuſatores, causâ jamdiù ſecum meditatâ, ipſi ab omni periculi timore immunes, actionem inſtituerunt: nos verò dicimus non ſine formidine,

κινδύνου μεγίστου. Εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. Οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες, παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι ὅτῳ φανερῶς, ὥστε ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ καὶ ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους ἐάλωσαν, ἕνεκα οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν. Ὅτ' οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, μήπω τοῦ τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιστοὺς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν. Ἀκούω γὰρ ἔγωγε (καὶ ὑμῶν δὲ τοῦ πολλοὺς οἶμαι εἰδέναι) ὅτι πάντων δεινότατόν ἐστι διαβολή. Μάλιστα δὴ τοῦτο ἔχοι ἄν τις δεινότατον ὅταν πολλοὶ ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ εἰς ἀγῶνα καταστῶσιν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ τελευταῖοι κρινόμενοι μονοὶ σώζονται. Πεπαυμένοι γὰρ τῆς ὀργῆς αὐτῶν ἀκροᾶσθε, καὶ τοῦ ἐλέγχους ἤδη θέλοντες ἀποδέχεσθε.

Ἐνθυμεῖσθε οὖν ὅτι Νικόφημος καὶ Ἀριστοφάνης ἄκριτοι ἀπέθανον, πρὶν παραγενέσθαι τινὰ αὐτοῖς ἐλεγχομένοις ὡς ἠδίκουν. Οὐδεὶς γὰρ οὐδ'

[l. 14.] Ἔχοι ἄν, haberet, duceret, exiſtimaret. Pro ἔχοι cod. Vindob. habet ἔχει.

[l. 16.] Ἐπὶ τὸ πολὺ, idem cod. ἐπὶ πολύ.

[l. 17.] Μονοὶ deeſt in vulg.

falſo crimine petiti, & cum ſummo periculo. Æquum eſt itaque, judices, ut majori benevolentiâ reos excipiatis quàm accuſatores. Omnes enim vos ſcire arbitror multos fuiſſe, qui, quum multa & graviſſima crimina objeciſſent, ſtatìm mendacii tàm manifeſtè convicti fuerunt, ut ex judicio cum odio omnium exceſſerint; itemque alios qui, poſtquam falſa perhibuiſſent teſtimonia, & cives injuſtè perdidiſſent, tùm demùm deprehenſi fuerunt & condemnati, quum jam interfectis nihil hoc eſſet profuturum. Quandò igitur multa ejuſmodi, ut ego audio, contigerunt, æquum eſt vos, judices, accuſatorum verbis non priùs fidem adhibere, quàm & nos quoque dixerimus. Audio enim, & veſtrûm plerosque ſcire opinor, rem omnium graviſſimam eſſe falſam criminationem. Id autem longè graviſſimum eſſe cenſebitur ubi multi adducuntur in judicium ejuſdem criminis rei. Nam plerumque ii ſoli effugiunt qui poſtremi ſiſtuntur. Auditis enim eos animis jam ſedatis, eorumque argumenta lubentiùs admittitis.

2°. Reputate igitur Nicophemum & Ariſtophanem indictâ causâ periiſſe, priuſquam aliquis adeſſet illis facinoris cujuſquam convictis. Nam-

---

[l. 22.] Ἐλεγχομένοις, cod. Brulart. ἐλεγχόμενον, ſed malè.

ἴδεν ἐκείνους μὴ τὴν σύλληψιν· οὐ γὰρ θάψαι τὰ σώματ' αὐτῶν ἀπέδωκαν, ἀλλ' οὕτω δεινὴ συμφορὰ γεγένη), ὥστε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τούτου ἐστέρην). Ἀλλὰ ταῦτα μὲ ἐάσω (οὐδὲν γὰρ ἂν
5 φαίνοιμι)· πολὺ δὲ ἀθλιώτεροι δοκοῦσί μοι οἱ παῖδες οἱ Ἀριστοφάνους. Οὐδένα γὰρ οὔτ' ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ ἠδικηκότες, οὐ μόνον τὰ πατρῴα ἀπολωλέκασι πάντα τοὺς νόμους τοὺς ὑμετέρους, ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπόλοιπος ἐλπὶς ἦν, ὑπὸ γε πάντων ἀκτεα-
10 φῆναι, ἐν οἵῳ δεινῷ καθέστηκεν. Ἐπὶ δὲ ἡμεῖς ἐστερημένοι μὲ κηδεστῶν, ἐστερημένοι γὲ τῆς πρεπούσης, παιδάρια δὲ τρία ἠναγκασμένοι τρέφειν, πρόσετι συκοφαντούμεθα, καὶ κινδυνεύομεν περὶ ὧν οἱ πρόγονοι ἡμῖν κατέλιπον, κτησάμενοι ἐκ
15 τοῦ δικαίου. Καίτοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ πλείω εἰς τὴν πόλιν ἀνάλωσεν ἢ εἰς αὐτὸν καὶ τοὺς οἰκείους· διπλάσια δὲ ἦν ἢ νῦν ἐστιν ἡμῖν, ὡς ἐγὼ λογιζομένῳ αὐτῷ πολλάκις παρεγενόμην. Μὴ οὖν προκαταγνώ-
20 σκετε ἀδικίαν γε εἰς αὐτὸν μὲ μικρὰ δαπανῶντος, ὑμῖν γὲ πολλὰ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν·

[l. 1.] Ἴδεν, codd. Sang. & Vindob. εἶδεν.

[l. 3.] Τούτου, nempè, τοῦ θαπτέσθαι.

[l. 8.] Vulg. ἡμετέρους, prætuli ὑμετέρους ex codd. Sang. & Vindob.

[l. 13.] Συκωφαντούμεθα, cod. Sang. συκοφαντούμενοι.

que nemo eos ne aſpexit quidem; imò neque eorum corpora ſepelienda reddidere: ſed ea fuit ipſorum calamitatis acerbitas, ut, præter alia mala, etiam hoc privarentur. At verò hæc miſſa faciam, neque enim quidquam profecerim; mihi autem multò infeliciores videntur Ariſtophanis liberi. Qui quum neminem neque publicè neque privatìm læſerint, non ſolùm paternam hæreditatem amiſere præter leges noſtras, verùm quæ relicta ſpes erat, ut ab avo educarentur, ea in hoc diſcrimine poſita eſt. Tùm & nos etiam orbati affinibus, orbati dote, & tres puerulos alere coacti, ad hæc falſis criminibus vexamur, & in diſcrimen venimus de iis quæ majores noſtri jure parta nobis reliquere. Attamen, judices, pater meus omni vitæ ſuæ tempore plura in rempublicam impendebat quàm in ſe & propinquos ſuos. Erant autem tunc nobis duplò majores facultates quàm nunc, quemadmodum ipſi computanti ſæpiùs adfui. Nolite igitur eum præjudicio veſtro damnare iniquitatis, qui pauciſſima in ſe, in veſtrum uſum plurima inſumebat: eos potiùs damnate qui non

---

[l. 17 & 18.] Poſt οἰκείους cod. Sang. addit αὐτοῦ. Deindè pro διωλάσια δὲ ἢ νῦν in vulg. dedi ex margine διωλάσια ἢν ἢ νῦν.

[l. 21.] Pro ὑμῖν velim εἰς ὑμᾶς.

ἀλλ' ὅσοι τὰ πατρῴα καὶ ἄν τι ποθὲν λάβωσιν, εἰς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς εἰθισμένοι εἰσὶν ἀναλίσκειν. Χαλεπὸν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀπολογεῖσθαι πρὸς δόξαν ἣν ἔνιοι ἔχουσι περὶ τῆς Νικοφήμου οὐσίας, καὶ σωφρόνειν δεῖν νῦν ἔστιν ἐν τῇ πόλει, καὶ τοῦ ἀγῶνος πρὸς τὸ δημόσιον ὄντος· ὅμως δὲ καὶ τούτων ὑπαρχόντων, ῥᾳδίως γνώσεσθε ὅτι οὐκ ἀληθῆ ἐστι τὰ κατηγορημένα. Δέομαι δ' ὑμῶν πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ μετ' εὐνοίας ἀκροασαμένους ἡμῶν διὰ τέλους, ὅ,τι ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ καὶ δικαιότατον νομίζητε εἶναι, τοῦτο ψηφίσασθαι.

Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ τρόπῳ κηδεστὰ ἡμῖν ἐγένοντο, διδάξω ὑμᾶς. Σφετηγῶν γὰρ Κόνων περὶ Πελοπόννησον, ξενεαρχήσαντι τῷ ἐμῷ πατρὶ πάλαι φίλος γεγενημένος, ἐδεήθη δοῦναι τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦντι τῷ υἱεῖ τῷ Νικοφήμου. Ὁ δὲ, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ ἐκείνου τε πεπιστευμένους, γεγονότας τε ἐπιεικεῖς τῇ πόλει, ἔν τε τῷ τότε χρόνῳ δεόμενοι, ἐπείθη δοῦναι, οὐκ εἰδὼς τὴν ἐσο-

[l. 1.] Ἀλλ' ὅσοι, explica ſubaudiendo, ἀλλὰ τούτων προκαλαγινώσκεις ἀδικίαν ὅσοι.

[Ibid.] Λάβωσιν, vulg. μὴ δῶσιν.

[l. 8.] Καληγορημένα, cod. Vindob. καληγορύμενα. Deindè idem pro εὐνοίας legit εὐμενοίας, forſitan pro εὐμενείας.

[l. 9 & 10.] Vulg. ἀκροαζομένων, accepi è margine ἀκροαζομένους. Mox pro νομίζηται Ald. legit νομίζεται.

ſolùm

ſolùm hæreditates paternas, ſed & quæcumque acceperint alicundè, in fœdiſſimas libidines impendere conſueverunt. Difficile eſt ſanè, judices, reſpondere & opinioni nonnullorum de Nicophemi fortunis, & pecuniarum inopiæ in quâ nunc verſatur reſpublica, atque imprimis quum contentio ſit adversùs ærarium publicum. Verumtamen, tametſi ea res ità ſe habeat, facilè intelligetis falſa eſſe ea quæ nobis objiciuntur. Vos autem obteſtor omni ſtudio & induſtriâ, ut, oratione noſtrâ benevolè ad finem uſque acceptâ, id quod vobis optimum & juramento veſtro accommodatiſſimum videbitur, decernatis.

CONFIRMATIO.

I. Primùm igitur quo pacto illi nobis affinitate ſint conjuncti, vos docebo. Dùm circà Peloponneſum exercitui imperans Cono adfuit, meo patri triremi præfecto olìm amicus, ipſum oravit ut ſororem meam Nicophemi filio petenti elocaret. Ille ubi intellexit hos homines eſſe in aliquâ fide apud Cononem, reipublicæ autem ſtudere, & tunc temporis gratiâ aliquâ effloreſcere, exorari ſe paſſus eſt, ignarus calumniæ in illos poſthac

[l. 15 & 16.] Τὴν ἀδελφὴν, ſub. ἡ ἐμήν. Deindè pro υἱῖ malim cum aliquibus υἱεῖ. Cod. Vindob. υἱῷ, cod. Sang. ἥεῖ corruptè.

μένῳ ἀμφιβολίαν· ἄλλως τε καὶ ὑμῖν ὁρῶ πρόσεστιν ἂν ἐκείνοις ἀξίωσε κηδεστὴς γενέσθαι.

Ἐπεὶ ὅτι γε οὐ χρημάτων ἕνεκα, ῥᾴδιον γνῶναι ἐκ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῶν ἔργων τῶν τοῦ πατρός. Ἐκεῖνος γὰρ ὅτ' ἦν ἐν τῇ ἡλικίᾳ, πολλὰ χρήματα λαβὼν μὴ πολλῷ χρόνῳ ἄλλῳ, τὴν ἐμὴν μητέρα ἔλαβεν οὐδὲν ὑπερβαλόμενος· ὅτι δὲ Ξενοφάντου ἦν θυγάτηρ τοῦ Εὐριπίδου υἱέος, ὃς οὐ μόνον ἰδίᾳ χρηστὸς ἐδόκει εἶναι, ἀλλὰ καὶ στρατηγεῖν αὐτὸν ἠξιώσατε, ὡς ἐγὼ ἀκούω. Τὰς τοίνυν ἐμὰς ἀδελφὰς θελόντων πολὺν λαβεῖν ἀπροίκους πάνυ πλουσίων, οὐ δέδωκεν, ὅτι ἐδόκουν κάκιον γεγονέναι· ἀλλὰ τὴν μὲν Φιλομήλῃ τῷ Παιανιεῖ, ὃν οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦν εἶναι ἢ πλουσιώτερον· τὴν δὲ, πένητι γεγαμημένῳ, οὐ δι' κακίαν, ἀδελφιδῷ ὄντι, Φαίδρῳ Μυῤῥινουσίῳ, ἐπιδοὺς τετταράκοντα μνᾶς, καὶ Ἀριστοφάνει τὸ ἴσον. Πρὸς δὲ τούτοις, ἐμοὶ πολλὴν ὀφὸν πάνυ προῖκα λαβεῖν, ἐλάττω συνεβούλευσεν, ὥστε εὖ εἰδέναι ὅτι κηδεστὰς χρησίμην κοσμίοις καὶ σώφροσι. Καὶ νῦν

[l. 1.] Ἄλλως τε καὶ, vulgò, præfertìm; hîc accipio, & eò magis quòd quilibet veſtrûm. Codd. Sang. & Vindob. habent ἀλλόλε καί.

[l. 2.] Ἐκείνοις, ſcilicet, Nicophemo & Ariſtophani.

[l. 3.] Ἐπεὶ ὅτι γε ἐκ χρημάτων ἕνεκα, ſub. ἠξίωσε κηδεστὴς γενέσθαι ὁ πατήρ.

[l. 15 & 16.] Vulg. habet ἀδελφιδῷ ὄντι Φαίδρῳ ὄντι,

venturæ, atque eò magis quòd quilibet veſtrûm cum illis affinitatem contrahere cupiiſſet.

Namque hæc lucri gratiâ non facta fuiſſe, facilè conſtabit ex totius vitæ ratione geſtisque rebus mei parentis. Ille enim quum eſſet ætate integrâ, & uxorem poſſet ducere benè dotatam, meam matrem duxit nihil afferentem, quia nempè filia erat Xenophontis, Euripidis filii, qui non ſolùm in privatis vitæ rationibus probus eſt habitus, ſed quem exercitibus præeſſe voluiſtis, ut ego audio. Meas autem ſorores ditiſſimis quibuſdam ducere cupientibus, ille non dedit quòd indole non ſatis honeſtâ prædiri eſſe viderentur: verùm unam Philomelo Pæanienſi quem plerique nôrunt melioribus eſſe moribus quàm fortunis; alteram civi pauperculo quidem facto, ſed citrà hominis vitium, Phedro, fratris ſui filio, cum eâdem dote quam dedit Ariſtophani, quadraginta ſcilicet minis. Quin & quum mihi lautiſſimam dotem accipere liceret, minorem accipiendam eſſe ſuaſit, dummodò ſcirem me affinibus probis & honeſtis eſſe uſurum. Itaque nunc uxorem habeo Crito-

---

tranſpoſui Φαίδρῳ juxtà optimam Taylori conjecturam.

[l. 17.] Τὸ ἴσον eſt appoſitio ad τετταράκοντα μνᾶς. Καὶ mihi videtur reſpondere voci latinæ AC. Τὸ ἴσον ἐ Ἀριστοφάνει, ad verbum, æqualem ſummam ac Ariſtophani, ſcilicet, dederat.

ἔχω γυναῖκα τὴν Κειτοδήμου θυγατέρα ἣ Ἀλωπεκῆθεν, ὃς ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀπέθανεν, ὅτε ἡ ναυμαχία ἐγένετο ἐν Ἑλλησπόντῳ. Καίτοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅστις αὐτός τε ἄνευ χρημάτων ἔγημε, ταῖν τε θυγατέροιν πολὺ ἀργύριον ἐπέδωκε, τῷ τε υἱῷ ὀλίγην προῖκα ἔλαβε, πῶς οὐκ εἰκὸς περὶ τούτου πιστεύειν ὡς οὐχ ἕνεκα χρημάτων τούτοις κηδεστὴς ἐγένετο;

Ἀλλὰ μὴν ὅ γε Ἀριστοφάνης ἤδη ἔχων τὴ γυναῖκα, ὅτι πολλοῖς ἂν μᾶλλον ἐχρῆτο ἢ τῷ ἐμῷ πατρὶ, ῥᾴδιον γνῶναι. Ἡ τε γὰρ ἡλικία πολὺ διάφορος, ἡ τε φύσις ἔτι πλέον. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν ἱκανὸν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. Ἀριστοφάνης δ' οὐ μόνον τῶν ἰδίων, ἀλλὰ καὶ τῶν κοινῶν ἐβούλετο ὅτι μελεῖται, καὶ εἴ τι ἦν αὐτῷ ἀργύριον, ἀνήλωσεν ὅτι θυμῶν ὑμᾶς. Γνώσεσθε δ' ὅτι ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν ὧν ἐκεῖνος ἔπραττε.

Πρῶτον μὲν δὴ, βουλομένου Κόνωνος πέμπειν

[l. 5.] Ταῖν τε, accepi τε ex margine & ex cod. Sang. Ceterùm numerus dualis declarat patrem ejus qui loquitur duas tantùm habuisse filias. Itaque supponi debet Aristophanem duxisse alteram quæ nupta priùs Phædro per hujus mortem facta erat vidua.

[l. 8.] Τούτοις, Nicophemo & Aristophani.

demi filiam Alopecensis, qui à Lacedæmoniis occisus fuit, quum pugna illa navalis in Hellesponto committeretur. Atqui, judices, qui & ipse uxorem duxit indotatam, & filiabus utrisque grandem dotem dedit, & filio minùs dotatam uxorem cepit, quî non de illo admodùm credatis, quòd illam affinitatem non pecuniarum causâ fuerit aucupatus?

II. Ceterùm Aristophanem, domum uxore ductâ, aliis familiariorem fuisse quàm patri meo, facile est cognitu. Nam ætate multùm discrepabat, ingenio autem multò magis. Patri res suas agere satis erat: Aristophanes non solùm negotia sua, verùm etiam publica administrare voluit, & si quid pecuniæ suppeteret, id omne consumpsit in honoribus ambiendis. Ea autem quæ dico vera esse, constabit ex iis quæ ille gessit.

Primùm enim quum Cono vellet legatum mit-

[l. 10.] Cod. Vindob. ἀλλὰ μέν γε ὁ Ἀριςοφάνης ἤδη γὰρ ἔχων.

[l. 11.] Πολλοῖς ἂν, pro ἂν Reiskio legendum videtur ἄλλοις.

[l. 14.] Post ἦν addidi ἱκανὸν quod deest in vulg.

[l. 19.] Μὲν γὰρ, non habet γὰρ codex Vindobonensis.

πνὰ εἰς Σικελίαν, ᾤχετο ὑποσὰς μῆ Εὐνόμου τοῦ Λυσίου, φίλου ὄντος καὶ ξένου, τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πλεῖστα ἀγαθὰ πεποιηκότος, ὡς ἐγὼ ἀκήκοα τῶν ἐν Πειραιεῖ τῶν παραγιγνομένων. Ἦσαν δ' ἐλπίδες τοῦ πλοῦ, πεῖσαι Διονύσιον, κηδεστὴν μὲν γενέσθαι Εὐαγόρᾳ, πολέμιον δὲ Λακεδαιμονίοις, φίλον ἢ καὶ σύμμαχον τῇ πόλει τῇ ὑμετέρᾳ. Καὶ ταῦτ' ἔπραττον πολλῶν κινδύνων ὑπαρχόντων περὶ τὴν θάλασσαν καὶ τοῦ πολεμίου· καὶ ἔπεισαν Διονύσιον μὴ πέμψαι τριήρεις, ἃς τότε παρεσκευάσατο, Λακεδαιμονίοις. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπειδὴ οἱ πρέσβεις ἦκον ἐπὶ τὴν βοήθειαν, οὐδὲν ἐνέλιπε προθυμίας σπεύδων· ὑμεῖς δὲ τριήρεις αὐτοῖς ἔδοτε, καὶ τἄλλα ἐψηφίσασθε. Ἀργείου δ' εἰς τὸν ἀπόστολον ἠπόρουν. Ὀλίγα μὲν γὰρ ἦλθον ἔχοντες χρήματα, πολλῶν δὲ προσεδέηθησαν. Οὐ γὰρ μόνον ἐπιβάτας εἰς τὰς ναῦς, ἀλλὰ καὶ πελτασὰς ἐμισθώσαντο, καὶ ὅπλα ἐπρίαντο. Ἀριστοφάνης δ' ὧν τῶν χρημάτων τὰ μὲν πλεῖστα αὐτὸς παρέχειν· ἐπειδὴ δ' οὐχ ἱκανὰ ἦν, καὶ φί-

[l. 1 & 2.] Vulg. Εὐνόμου καὶ Λυσίου, legi ex Tayloro Εὐνόμου τοῦ Λυσίου.

[l. 4.] Παραγενομένων, sub. αὐτῷ πεποιηκόσι.

[l. 6.] Εὐαγόρα, cod. Sang. Εὐαγόρου.

[l. 8.] Ἔπραττον, nempè, Aristophanes & Eunomus.

tere in Siciliam, ille eâ re ultrò ſuſceptâ, profectus eſt unâ cum Eunomo, Lyſiæ filio, cujus amicitiâ & hoſpitio utebatur, ut qui optimè de populo Athenienſi meritus eſt, ut ex iis audivi qui in Piræo erant & ipſi agenti adfuerunt. Eâ autem mente legati mittebantur ut Dionyſium ſollicitarent fieri affinem Evagoræ, Lacedæmoniis hoſtem, veſtræ reipublicæ ſocium & amicum. Atque hæc agebant quum multa pericula tàm à mari quàm ab hoſtibus eſſent expectanda; & à Dionyſio impetrârunt, uti naves quas tunc comparabat, Lacedæmoniis ſubſidio non mitteret. Poſt hæc, ubi aderant legati ex Cypro de auxiliis impetrandis, nihil de ſtudio ſuo remiſit. Quibus etſi vos contuleratis triremes, & alia decreveratis maximè neceſſaria, pecuniis tamen nonnihil indigebant ad claſſem deducendam. Domo enim abierunt mediocriter opibus inſtructi, ac multis inſuper opus erat, ut non ſolùm milites claſſiarios, ſed & peltaſtas conducerent & arma emerent. Ariſtophanes igitur plurimam pecuniam ipſe præſtitit; at quum hæc non ſufficeret, aliam ab amicis

---

[l. 15.] Ἀπόςολον, cod. Vindob. ςόλον.

[l. 17.] Ἐπιβάτας deeſt in vulg.

[l. 18 & 19.] Ἐμιςώσαντο, ἐπρίαντο, conduxerunt, emerunt, i. e. conducturi erant, empturi erant.

